





THE

RESO
SPEC

*Que ho
ad conuin
rios etia*

APPA
nam fac
Domit
pro

Summa

Pr

*Cum t
Sren*

R.P.R
F

Eduio

Apud H
Et

Bien. H. III. 10 (a)

APPENDIX
THEOLOGICÆ TRI-
PARTITÆ

R. P. RICCHARDI ARCHDEKIN,
Hiberni Soc. Jesu Theologi;

CONTINENS MATERIAS
VARIAS,

Haftenus in toto Opere deficientes
& à pluribus, maximè Pastoribus, curam
animarum habentibus ac Missionariis
summè desideratas.



COLONIAE AGRIPPINAE,

Sumptibus Hæredum JOANNIS WEIDENFELDT,
& GODEFRIDI DE BERGES.

M DC LXXXII.

MEMORIALE
SACERDOTIS BONI MUNUS BREVI
FACILIQUE METHODO COM-
PREHENDENS.

S. I.

De fine & instrumentis Sacerdotis.

FINIS.

DEI honorem querere.
Ut magis dilatetur. (a)
Seipsum non negligere,
Ut anima salvetur. (b)
Et proximum perficere,
Ut Charitas seruetur. (c)

(a) Nam de Sacerdote quoque dicit DEUS. *Quoniam vus electionis est mihi iste, ut portes nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & Filiis Israel.* Act. 9. (b) *Quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, anima vero sua detrimentum patitur?* Matth. 16. (c) Hinc quippe oritur summa dignitas Sacerdotis; cum, teste D. Dionysio de eccl. hier. c. 3. *Omnium divinum diviniissimum sit, cooperari DEO in salutem animarum.*

INSTRUMENTA SACERDOTIS.

Sufficiens Scientia.
Ad munus adimplendum. (a)
Major longe prudentia.
Ad recte procedendum. (b)
Et summa Sanctimonia. (c)
Ad fructum faciendum. (d)

(a) *Nè audiat illud Osæ c. 4. Tu repulisti scientiam; & ego repellam te, nè sacerdotio fungaris mihi.* (b) *Juxta illud Christi Matth. 10. Ecce ego mitto vos sicut oves medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes.* (c) *Ut impleat illud DEI monitum; sancti*

Bien. H. III. 10 (b)

Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus DEVS vester. Levit. 19.

(d) Sic enim velut palmes, conjungitur cum Christo velut Vite, & perare potest impletum in, quod idem Christus dixit: *Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* Joan. 15.

§. 2.

Observanda erga superiores personas.

ERGA DEUM.

Fides viva. (a)

Spes firma. (b)

Charitas perfecta. (c)

(a) Quâ vivaciter credat DEUM (qui est ipse *Via, Veritas, & Vita*, Joan. 14.) Non nisi verissima revelantem, omnia bona eminentissimo modo continentem (juxta illud Moyſi dictum: *Ego ostendam omne bonum tibi.* Exod. 33.) ubique & in omnibus existentem (*in ipſo enim vivimus, movemur, & sumus.* Act. 17.) ut studeat ambulare coram DEO, memineritque semper illius dicti Christi: *Quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis.* Matth. 25.

(b) Quâ firmiter speret, copiosum gratiæ auxilium, felicem operum successum, & copiosum laborum præmium. (c) Agendo & patiendo, quæ vult DEUS, quomodo vult, & quia vult:

Omne tulit punctum, patitur qui semper, agitque,

Quæ vult, quove modo vult Deus, & quia vult.

Domine, doce me (semper) facere voluntatem tuam. Psal. 42.

ERGA CHRISTUM.

Charitas tenerrima

Propter redemptionem (a)

Gratitudo maxima

Propter vocationem. (b)

Imitatio studiosissima

Propter perfectionem. (c)

(a) Hoc enim beneficium, teste S. Bernardo, *Amorem nostrum omnino sibi vendicat, devotionem nostram blandius allicit, justius exigit, arctius stringit, & vehementius afficit.* (b) Quam præstabit, si Christum sibi dicentem imagnetur, & exaudiat: *Obsecro vos ego vincetus in Domino* (imò & mortuus pro vobis) *ut dignè ambuletis vocatione, quâ vocati estis, ad Eph. c. 4. Satagentes, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* 2. Petri. 1. (c) Ideo enim exemplum dedit nobis, ut quemadmodum ipse fecit, ita & nos faciamus. Joan. 13.

ERGA B. VIRGINEM & COE LITES.

A Stimatio magna, (a)
 Propter meritorum præstantiam.
 Veneratio constans, (b)
 Propter gloriæ excellentiam.
 Fiducia maxima, (c)
 Propter patrociniæ potentiam.

(a) *Nimis enim honorificati sunt amici tui Deus.* Psal. 138. (b) *maximè, quam sequens versus indicat:*

sanctorum est cultus pulcherrimus, optima vita.

(c) *Quid enim sub tantis custodibus (& Patronis) timeamus, aut diffidamus? Fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt.* S. Bern. in P. l. *Qui habitat.*

ERGA ECCLESIAM.

I nsignis honoratio (a)
 Per vitæ sanctitatem.
 Filialis subiectio (b)
 Per officii fidelitatem:
 Fortis propugnatio (c)
 Per doctrinæ potestatem.

(a) *Juxta illud Tobie c. 4. Honorem habebis Marti tue omnibus diebus vitæ tue.* (b) *Conformiter illi monito: Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Apoc. 4. (c) *Scientes, quoniam defensionem Evangelii positi sumus* Philip. 1.

ERGA EPISCOPOS, ALIOSQUE SUPERIORES.

S umma reverentia,
 Quia DEI Vicarii, (a)
 Charitas ingenua,
 Quia Patres piissimi, (b)
 Obedientia promptissima,
 Quia Pastores optimi, (c)

(a) *Juxta illud Luc. 10 Qui vos spernit, me spernit.* (b) *Nam Christo Iesu per Evangelium illi nos genuerunt.* 1. Cor. 4. (c) *Hortatus S. Paulo Hebr. 13. Obedite Præpositis vestris, & subjacete eis; ipsi autem per vigilat, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum præcepto domini hoc faciant, & non gementes.*

ERGA MAGNATES.

H onoris iusti oblatio
 Propter Status eminentiam. (a)

(a) *Juxta illud*
 (b) *Nam, ut*
agnem, nec p
& elevemur in
dam, nè frig
rum. (c) *H*
non maledices

ERGA
 C

(a) *Ut sicut*
ut cor unum &
multitudine fr
de conjungere,
multis, ut faciat

B

(a) *Nam op*
perpetua co
Matth. (b) In
rem de futuris
imitari en
nam acceperit

Favoris conservatio
 Propter virium potentiam, (b)
 Locutionis cautio
 Propter periculi præsentiam, (c)

(a) Juxta illud D. Petri 1. c. 2. *Deum time, Regem honorificate.*
 (b) Nam, ut sapienter quidam monuit, ad Magnates velut ad
 signem, nec propinque nimis accedendum, nè nimis accendamus,
 & elevemur inconstantibus favoribus; nec procul nimis disceden-
 dam, nè frigeamus defectu beneficiorum ab ipsis conferendo-
 rum. (c) Hinc ipse DEUS monuit Exod. 22. *Principem populi tuè
 non maledices.*

S. 3.

Observanda erga Æquales.

ERGA ALIOS SACERDOTES.

Concordia in affectu
 Propter vinculum Fraternitatis, (a)
 Reverentia in colloquio
 Propter meritum Dignitatis, (b)
 Promptitudo in obsequio
 Propter titulum Æqualitatis, (c)

(a) Ut sicut olim primorum Christianorum, ita nunc Sacerdotum
ut cor unum & anima una. Act. 4. (b) Juxta Eccli 6. monitum: *in
 multitudine Presbyterorum prudentium sba, & sapientia illorum ex cor-
 de conjungere, ut omnem Sapientiam DEI possis audire.* (c) *Quod enim
 multis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* Matth. 7.

ERGA BENEFACTORES.

Beneficii agnitio
 Per dignam æstimationem, (a)
 Gratiarum actio
 Per crebram prædicationem, (b)
 Vicissitudinis exhibitio
 Per obsequiorum delationem, (c)

(a) Nam optima beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum,
 & perpetua confessio gratiarum; juxta S. Chrysoft. hom. 25, in
 Matth. (b) *Invidiat quippe ad magna, qui gratanter suscipit modica; &
 rem de futuris recipit, qui transacta beneficia recognoscit.* Cassiod. Ep. 4.
 (c) *Imitari enim agros fertiles nos oportet, qui multo plus reddunt,
 quam acciperint.* Senec. in Epist.

ERGA INIMICOS.

- I**njuriam condonatio
- Per Divinam dilectionem. (a)
- Orationis oblatio
- Per ignorantiam prentensionem. (b)
- Amoris conciliatio.
- Per beneficiorum collationem. (c)

(a) Ut impleatur Christi mandatum, Matth. 5. *Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in caelis est.*
 (b) Dicendo cum Christo: *Pater, dimitte illis, non enim sciunt, quod faciunt.* Luc. 23.
 (c) Hortante Apostolo Rom. 12. *Si esuriam inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi, hoc enim faciens, tu bonas ignis congeres super caput ejus.*

ERGA VICINOS, ALIOSQUE NON SUBJECTOS.

- P**acis conservatio
- Propter communem consolationem. (a)
- Jurium conservatio
- Propter Justitiam defensionem. (b)
- Auxilii oblatio
- Propter amoris obligationem. (c)

(a) Ut monet Apostolus Rom. 12. *Quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* (b) *Qui enim sequitur justitiam & misericordiam, invenies vitam, justitiam, & gratiam.* Prov. 21. (c) *Non quae mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis.* Luc. 6.

ERGA MULIERES.

- R**atissima aspectio
- Propter castimoniam conservationem. (a)
- Brevissima collocutio
- Propter publicam edificationem. (b)
- Cautissima conservatio
- Propter lapsus devitationem. (c)

(a) *Memento, quoniam malus est oculus nequam.* Eccl. 31. *Et qui qui annuit oculo dabit dolorem.* Prov. 10. (b) *Quia per levia verba nititur ad pessima facta, ut sapienter dixit Trithemius.* (c) *Quia Davi de sanctior, nec Samson fortior, nec Salomone sapientior est.*
 Hier.

ERGO

S

A

(a) Si enim
 Eccl. c. 6 qui
 gono in Mor
 indigenti perfe
 largiens, quod
 proximo tribu
 Tobiae consil
 tum tibi fuerit
 libenter imper

B

(a) Juxta
 vobis & hosti
 solatio merea
 tante Ecclesia
 guippe datore

C

(a) Hinc ad
 vos amici mei
 S. Augustino
 modo gravis
 sus est in hac v

ERGO

ERGA PAUPERES & MISEROS.

Suaavis allocutio

Ad causandam consolationem. (a)

Christiana compassio

Ad demonstrandam dilectionem. (b)

Amorosa subventio

Ad faciendam sublevationem. (c)

(a) Si enim lingua gratiosa eucharis in bono homine abundat, juxta Eccl. c. 6 quidni multo magis in Sacerdote? (b) Quia teste S. Gregorio in Moral. plus est compati ex corde, quam dare: quia quisquis indigenti perfecte compatitur, minus estimat omnne, quod dat; exteriora largiens, quod est extra seipsum, dat; qui autem fletum & compassionem proximo tribuit, ei etiam aliquid de semetipso tradit. (c) Sequens S. Tobiaꝝ consilium c. 4. Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit etiam exiguum libenter impertiri stude.

ERGA HOSPITES.

Benevola exceptio

Propter hospitalitatem. (a)

Liberalis tractatio

Propter charitatem. (b)

Jucunda conversatio

Propter hilaritatem. (c)

(a) Juxta illud Apostoli Hebr. 13. charitas fraternitatis maneat in vobis & hospitalitatem nolite oblivisci. (b) Ut audire quondam cum solatio mereatur: Hospes eram, & collegistis me, Matth. 25. (c) Hortante Ecclesiastico c. 35. In omni dato hilarem fac vultum; hilarem quippe datorum, non Deus tantum, sed & homines diligunt.

ERGA DEFUNCTOS.

Cereberrima recordatio

Propter gratiaꝝ societatem. (a)

Tenerrima commiseratio

Propter poenae acerbiteriam. (b)

Celerrima subventio

Propter auxilii necessitatem. (c)

(a) Hinc ad Sacerdotes praecipue clamant: Misere mini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Job, 19. (b) Quia, teste S. Augustino in Psalm. 37. ignis ille etsi non sit aeternus, miro tamen modo gravis est, supraque omnem poenam, quam homo unquam passus est in hac vita, vel pati potest. (c) Si enim dum cadit asinus, omnes

eum sublevare festinant: & dum porcus cadit, omnes alii porci accurrunt; an non dum clamat inter tormenta Fidelis, celerius subvenieadum erit? S. August. l. 44. ad FF. in Eremito.

§. 4.

Observanda erga inferiores.

ERGA PAROCHIANOS.

Amor Universalis
Propter causæ similitudinem. (a)
Zelus prudens,
Propter officii amplitudinem. (b)
Vita exemplaris (c)
Propter suasionis aptitudinem. (d)

(a) Juxta illud S. Jacobi c. 2. *Nolite in Personarum acceptionibus habere fidem Domini nostri IESU Christi gloria.* (b) Quia Sacerdos est fidelis ille servus & prudens, quem Dominus super familiam suam constituit. *Marth. 24.* (c) Ut ad imitationem Magistri sui incipiat facere & docere. (d) Quia illa vox libentius Auditorum corda penetrat, quam dicentis vita commendat; quia quod loquendo imperat, ostendendo adjuvat, ut fiat. Ut bene S. Gregor. in Pastor. p. 2. c. 3. dixit.

ERGA DOMESTICOS.

Impera discretè negotium
Propter infirmitatem. (a)
Exige mansuetè supplicium
Propter charitatem. (b)
Redde fideliter præmium
Propter æquitatem. (c)

(a) Quia, ut sapienter quidam dixit, mortalium vires, ut plerumque debiles, fervoris & laboris excessu franguntur: exilium continuatione, roborantur. (b) Nam ut S. Prosper l. 2. de vit. contempl. ait. *Leviter castigatus exhibet reverentiam castiganti, asperitate autem in increpatione nimiam offensus, neque increpationem recipit, nec salutem.* (c) Quia dignus est operarius mercede sua. 1. Tit. 5.

§. 5.

Observanda erga seipsum.

ERGA SUAM PERSONAM.

Cura Oeconomix sobria
Propter majorem ædificationem. (a)

(a) Quia, ut esse animus est, noli minimis quibus, & nolumus bene modum ita obrui animam negligens Chrysostomus etiam si negligens secundum.

M
(a) Quam expressit: sacculi christudinem discretior es: Creator tuo intolerabilis modo excusari insipientium pro ignorare facies. alexandri de p.

S
(a) Nam, ut vere, qui redde

Sacerdotis boni.

Cura corporis moderata.

Propter faciliorem operationem. (b)

Cura animæ præcipua

Propter potiorem æstimationem. (c)

(a) Quia, ut rectè Petrus Blesensis ait, *vacuum à secularibus oportet esse animum divina servitutis obsequio dedicatum. Magnis addictus es, noli minimis occupari: minima & vilia sunt, quacunque ad sæculi quaestus, & non lucra pertinent animarum.* (b) Undè S. Hieronymus benè monet: *ex vilissimis etiam cibus vitanda est satietas; nihil enim ità obruit animum, ut venter plenus, & exaestuans.* (c) Si enim animam negligamus, nec corpus salvare poterimus, inquit rectè S. Chrysostomus. *Qui ergo ordinem servat, & quod primum est, colit, etiam si negligat, quod secundum est, per primi salutem salvabitur & secundum.*

ERGA VOCATIONEM.

Magna æstimatio,

Propter dignitatis eminentiam. (a)

Perfecta cognitio,

Propter muneris exigentiam. (b)

Studiofa executio.

Propter præmii excellentiam. (c)

(a) Quam clarè sequenti sententiâ Cassiodorus, in Cat. Mundi expressit: *sacerdos DEI, si altitudinem cæli contempleris, altior es: si pulchritudinem solis, & lunæ, pulchrior es: si discretionem Angelorum, discretior es: si omnium Dominorum sublimitatem, sublimior es: solo Creatore tuo inferior es.* (b) Si enim, ut S. Leo loquitur, *in aliis vix tolerabilis videtur incertitia, (eorum quæ ad officium pertinent) quomodo excusari poterit in eo, qui se Magistrum infantium, & Doctorum insipientium profiteretur? ignorans utique ignorabitur, imò & multos ignorare facies, & ignorari.* (c) Nè audiat, quod miles ignavus Alexandri nomen gerens à Rege Alexandro audire debuit: *Aut nomen Alexandri deponere, aut Alexandro digna gere.*

ERGA MEDIA.

Studium orationis avidissimum,

Ad obtinendam gratiam. (a)

Studium mortificationis continuum,

Ad purificandam conscientiam. (b)

Studium humilitatis necessarium,

Ad cavendam vanam gloriam. (c)

(a) Nam, ut benè S. Augustinus Hom. 40. ait: *Rectè novit vivere, qui rectè novit orare.* (b) *Qui enim Christi sunt, carnero suavitè oracisè.*

crucifix erunt cum concupiscentiis suis. Galat. 5. (c) Quia perit omne, quod agitur, si non in humilitate custoditur. S. Gregor.

ERGA OFFICIUM.

EXacta diligentia
 Ob muneris dignitatem. (a)
 Reflexa experientia
 Ob operationis facilitatem. (b)
 Invieta constantia
 Ob operationis necessitatem. (c)

(a) Juxta monitum Ecclesiastici c. 33. In omni opere tuo præcellens esto. (b) Quia juxta proverbium: Experientia est optima Magistrarum. (c) Quia in cassum bonum agitur, si ante terminum deseratur. S. Gregor. l. 1. Moral.

ERGA EXECUTIONEM.

Pura intentio
 Ad augendum meritum. (a)
 Studiose operatio
 Ad implendum officium. (b)
 Generosa resignatio
 Ad tranquillandum animum. (c)

(a) Juxta consilium S. Pauli 1. Cor. 10. Sive manducatis, si ve bibitis, si ve aliud quid facitis, omnia in gloriam DEI facite. (b) Ut dicere possit suo modo cum David 1. Par. 29. Totis viribus præparavi impensus domus DEI mei, seu actionem hanc vel illam; non enim homini præparatur, sed DEO. (c) Quia, si Deus est causa illius, quod quaris, contentus eris, quomodo docunque eveniat. Thom. Kemp.

ERGA INCITAMENTA.

Crede DEI præsentiam,
 Quia summus Spectator est. (a)
 Spera promissam Gloriam
 Quia summum præmium est. (b)
 Ama tui victoriam
 Quia summum imperium est. (c)

(a) Quidni enim potiore jure dicat Sacerdos, quam Epicurus. Hac ego non multis, sed tibi; satis enim magnum alter ateri theatrum sumus. (b) Juxta ipsius Dei testimonium: Ego ero merces tua magna nimis. Gen. 15. (c) Nam imperare sibi maximum imperium est, ut jam olim Sapientes pronuntiârunt.

ERGA

(a) Juxta S. Cyprian. de Ecclesia Senat. vigent, auctori. Damone grav. Hom. 64. in c. ob Idolis, quibus sciendum sugger

(a) Itâ S. P. bis contenti si siarum, teste S. dispensator, & mirans, inven

Obse

(a) Juxta (b) Ut ipso v. mini Domini

ERGA PERICULA.

- D**egusta vinum modicè
 Ob vitandum scandalum. (a)
 Age cum fœminis Angelicè
 Ob cavendum periculum. (b)
 Tracta pecuniam cautè
 Ob fugiendum vitium. (c)

(a) Juxta S. Pauli consilium Timotheo 1. c. 5. datum: *Modico vino utere propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates tuas.* (b) Ità S. Cyprian. de singul. Cleric. dum ait: *Sic agite, ut semper in Clericis Ecclesia Senatus candidus constet. Severitas in verbis circa fœminas vigeat, auctoritas polleat, vigor teneatur, gravitas veneretur.* (c) Quia *Damone gravior est pecuniarum cupiditas*, teste S. Chryostomo. Hom. 64. in c. 12. Joan. *quà multi magis per suasi sunt, quàm Ethnici ab Idolis, quibus non omnia parent, huic verò omnia, & quodcumque faciendum suggerit, obsequuntur.*

ERGA REDDITUS.

- M**oderata procuratio
 Secundùm necessitatem. (a)
 Studiosa conservatio
 Secundùm æquitatem. (b)
 Recta dispensatio
 Secundùm pietatem. (c)

(a) Ità S. Paulus 1. Tim. 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus.* (b) *Quia patrimonia pauperum sunt facultates Ecclesiarum*, teste S. Bernardo. (c) Juxta illud Luc. 17. *Quis putas est fidelis dispensator, & prudens? & beatus ille servus, quem cum venerit Dominus, invenerit sic facientem.*

§. 6.

Observanda circa actiones quotidianas.

DE TEMPORE MATUTINO.

- S**urge manè velociter
 Suadente æquitate. (a)
 Vestire clericaliter
 Suadente honestate (b)
 Offer preces hilariter
 Suadente pietate. (c)

(a) Juxta monitum Ecclesiastici cap. 32. *Horà surgendi nè te trices.* (b) Ut ipso vestitu ostendat, se consilium S. Pauli secutum: *Induimini Dominum nostrum JESUM Christum.* ad Rom. 13. (c) Ita Salomon

mon

mon Prov. 3. Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum, & abundabunt horrea tua frumento, & vino torcularia redundabunt.

DE MEDITATIONE.

Sit præparata optimè
Ad congruum affectum. (a)
Sit absoluta integrè
Ad solidum profectum. (b)
Sit ordinata practicè
Ad plurimum effectum (c)

(a) Juxta illud Ecclesiastici c. 18. Ante orationem præpara animam tuam & noli esse quasi homo, qui tentat DEVM. (b) Ut experiatur, quod David Psal 38 dixit: Concaluit cor meum intramo, & in meditatione mea exarascet ignis. (c) Quia teste Cassiod. supra Psal. 16. illius est perfecta oratio, cujus & causa clamat, & lingua, & actus, & vita.

DE ORATIONE VOCALI.

Sit humilis, & reverens
Quoad corporis dispositionem (a)
Sit prudens, atque diligens
Quoad mentis attentionem. (b)
Sit ardens, atque permanens
Quoad affectus intensionem. (c)

(a) Quia humilium & mansuetorum semper DEO placuit deprecatio Judith c. 5. (b) Quid enim prodest strepitus labiorum, ubi cor est murium? neque enim verba deprecantis Deus attendit, sed orantis cor afficit. Isid. de sum. bono. l. 3. c. 8. (c) Nam virtutis pondus oratio non habet, quam nequaquam perseverantia continui amoris tenet. Veraciter orare est, amoris in compunctione gemitus, & non composita verba resonare. S. Greg. in Mor.

DE MENSA.

Pramitte Benedicite,
Ut pius agnoscaris. (a)
Quod sumis, sume modice,
Ut finem consequaris. (b)
Perolve grates impigrè,
Ut sæpius pascaris. (c)

(a) Quia mensa ab oratione sumens initium, & in orationem desinens nunquam deficiet, juxta S. Chrysostr. (b) Ità Ezech. suadens c. 4. Cibus tuus, quo vesceris, erit in pondere. (c) Juxta Moyfis consilium Deut. 8. datum. Cum comederis, & satiatus fueris, benedicat Domino Deo tuo.

DE RECREATIONE.

Post mensam curas abjice,
 Nè fixa mens gravetur. (a)
 Aptam quietem elige
 Nè corpus enervetur. (b)
 Honeſta verba loquere,
 Nè ſpiritus laxetur. (c)

(a) Nam ſicut nimia frangit arcum intentio, ita neglecta enimum
 inervat remiſſio, ut habet commune adagioſum. (b) Si enim ſecundum
 corpus, ut jumentum facti ſumus apud Deum, teſte S. David Pſal 72.
 Quidni ſua quoque jumento huic ad reparandas vires viciffitudo ac
 quiete concedatur? (c) sicut enim fornax cito calorem perdit, ſi aperto
 oſtio frigido aëri concedatur aditus; ita facile devotionis evaneſcit ſpi-
 ritus, ſi oſtium lingua per diſſoluta colloquia laxetur. S. Bern.

DE CONVERSATIONE CUM EXTERNIS.

Sit ſancta converſatio,
 Ut Clericus puteris. (a)
 Æqualis ſit dilectio,
 Ut nullum aſperneris. (b)
 Sit efficax locutio,
 Ut plurimos lucreris. (c)

(a) Nam quoties loqueris, toties ſcito, te morum tuorum chiro-
 graphum aliis exhibere juxta illud: loquere, ut videam te. Wido.
 (b) Decet enim æqualem eſſe meſuram affectionis ubi par eſt cau-
 ſa dilectionis. (c) quod fiet, ſi ſermo ante, quam proferatur, librâ ju-
 ſtitia examinetur, ut ſit gravitas in ſenſu, in ſermone pondus, & in ver-
 bi modus. S. Ambr. 1, Offic, c. 2.

DE VISITATIONE ÆGRORUM.

Hos viſita velociter
 Pro obligatione. (a)
 Alloquere ſuaviter
 Pro conſolatione. (b)
 Hortare efficaciter
 Pro confortatione. (c)

(a) Ad exemplum Chriſti dicentis: Veniam, & curabo eum. Matt.
 8. (b) Quia qui dulcis eſt eloquio, commendatiorem reddit doctrinam.
 Favus mellis verba compoſita. Prov. 16. (c) Ut medicinam, quam
 corpori ægro afferre non poteſt, ſuppleat per animum ſalubriter
 confortatum.

DE CONFessione AUDIENDA.

Exacta audientia
De peccatis admissis. (a)
Severa reticentia
De secretis commissis. (b)
Discreta pœnitentia
De delictis remissis. (c)

(a) Quia nescit iustitiam observare sententiæ, qui non studuit perfectam habere notitiam causæ. (b) Juxta illud Ecclesiastici c. 10. *Audisti verbum adversum proximum tuum? (pœnitentis contra se ipsum) commoriatur in te, sedens quoniam non te disrumpet.* (c) Hic enim vel maximè implere debet illud Christi: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis. Tollite iugum meum super vos. Iugum enim meum suave est, & onus meum leve.* Matth. 11.

DE CONCIONE.

Apposita sit. (a) & solida. (b)
Quoad materiæ inventionem,
Excoctâ benè. (c) & fervida
Quoad formæ dispositionem. (d)
Decore multo prædita
Quoad ipsam elocutionem. (e)

(a) *Nè dum parvis sublimia, & non profutura prædicat, se magis curet ostendere, quam audiri oribus prodesse.* S. Gregor. (b) *Ut iure usurpare possit illa verba: Audi fili verba mea, verba suavissima, & omnia Philosophorum, & sapientum hujus mundi scientiam excedentia. Verba mea spiritus & vita sunt.* Thom. Kemp. l. 3. c. 13. (c) *Alioqui, qui ascendit sine labore, descendit sine honore.* (d) *Non enim scitari debet lenocinia Rhetorum, sed veritates Piscatorum, sermo meus (debet dicere posse cum S. Paulo 1. Cor. 2.) & prædicatio mea non in perfructu sibilibus humana sapientia verbis, sed in offensione spiritus virtutis.* (e) *Quia quod patinæ cibo, hoc elocutio verbo Dei præstat: alterutrum horum fastiditur, si illorum alterutrum sordescat,*

DE CATECHESI.

Hanc magni semper æstima,
Ut par est æstimari. (a)
Crebrò cuius deprædica
Ut par est commendari. (b)
Summa cum cura explica
Ut par est observari. (c)

(a) *Quia adolescens juxta viam suam (à Catechista ostensam)*

estiam

etiam cum se
Christi: San
(c) Nè iuste
qui frangat e

(a) Juxta
quæ parasti,
inique judic
collatum ben
niam miser.
est. Exod. 7.
Thom. Kemp

PRAX

D
actu habeat
gratias acqui
ana lucta & a

tiā cum senuerit non recedet ab ea. Prov. 22. (b) Usurpans illud Christi: *Sinite parvulos venire ad me, & nē prohibueritis eos.* Marc. 10. (c) *Nē iustē audiat querelam illam: Parvuli petunt pacem, & non est, qui frangat eis.* Thr. 4.

DE SOMNO.

Somni quietem excipe
 Ut brevi moriturus. (a)
 Arcana mentis discute,
 Ut Judicem passurus. (b)
 DEI favores recole,
 Ut plures percepturus. (c)

(a) Juxta illud Luc. 12. *Hāc nocte animam tuam repetens à te, & qua parasti, cujus erunt?* (b) *Si exim nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur.* 1. Cor. 11. (c) *Nam jugiter sibi subvenire facit, cui collatum beneficium ob oculos semper assistit.* Cassiod. super Plal. *Quoniam miser. Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi monstratum est.* Exod. 75. *Quod non intelligis dum legis, cognosces in die visitationis.* Thom. Kemp. l. 3. c. 3.

AUCTARIUM

PARS SECUNDA.

PRAXIS ASSISTENDI ÆGRIS ET MORIBUNDIS.

PRÆFATIO.

DE dispositione requisita in ægro aut moribundo quoad susceptionem Sacramentorum tractatum invenies supra, ubi de Pœnitentia, Eucharistia & Extrema Unctione actum est. Hic jam tradimus Praxim juvandi infirmum ut ex parte sua dispositionem illam actu habeat, & alios Actus eliciat, qui conducunt ad statum gratiæ acquirendum, augendum, aut conservandum in illa ultima lucta & agone, in quo agitur de tota æternitate. Minime enim suo

suo officio satisfaciunt Confessarii, qui vix ullis remediis instruantur, tanquam imperiti medici, ad ægros moribundos accedunt: eorum sæpè ab opportunis eorum monitis, & auxiliis morientium salus æterna dependeat.

§. I.

Quid Confessario in primo ad ægrum accessu curandum.

Primò igitur Sacerdos ad ægrum vocatus, curet ante omnia seipso excitare magni desiderium procurandi salutem ægro- tantis, hac brevi consideratione ex S. Dionysio: *Divinorum divinissimum est cooperari saluti animarum.* Et animo ad Deum elevato ex corde dicat: O utinam possim juvare hanc animam, sicut vellem juvari meam in extremo vitæ momento: ô momentum magni momenti, ex quo pendet tota æternitas! Deinde incipiat secum præmeditari, quo modo ex his Praxibus debeat cum ægro procedere.

Secundo, si deprehendat morbum esse periculosum, conabitur impedire frequentem amicorum accessum, & alloquium de rebus mundanis, multò magis inanes eorum gemitus ac ploratus: ut sic æger habeat otium convertendi animum ad cogitationes piæ, & salutaria Sacerdotis monita.

Tertio, curabit ob oculos decumbentis appõni imaginem Crucifixi, aut aliam, quæ possit in illo Dei, ac Salvatoris sui memoriam excitare: & aquam lustralem in promptu haberi, quæ æger & lectus frequenter aspergatur.

Quarto, si medicus aut amici non audeant ægrum de propinquo mortis periculo monere, ipse Confessarius id suaviter & benigne faciat. Hoc enim omittere crudelitas est, non clementia; solent namque æger per notitiam propinquæ mortis ad seriam animæ suæ curam multò magis excitari. Poterit itaque periculum his verbis discretè & molliter indicare: *Sumus omnes mortales, nescimus neminem diem neque horam, medicus judicat morbum hunc non carere periculo: non nocet igitur tempestivè disponere domus tuæ, imò juvare potest ad corporis, & animæ salutem.*

Quinto, Moneat ut, si nondum fecerit, testamentum absolvat, ut tantò liberius curas omnes salutis suæ tantum impendat. 2. Ut si quid restituere debeat justitiæ, satisfaciat. 3. Ut pro animæ suæ solatio procuret elemosynam fieri in pauperes, & Sacrificia,

alia Ecclesiæ, quando moribundus, primo remittunt, ad imitandum orationibus orationibus. Ut ipse veniat.

Quando aperiari, debet imitari, & ad salutem pro sanitate mundanas.

Remedia

Cogita N. proinde quovis tempore. Domini.

Statutum. Christum, quando Dei sapientia. vite terminur. morte & brevi. cum Apostolo. vivimus servemur.

Tam stultum quorum. Si ergo aliqua. pore, in quo h. præsentem. præcibus. postea facile. luce, sine ab. salutis æterna.

alia Ecclesiæ remedia, dica que ægro; si ipse nunc cui obliuiscas; quando magis amici post mortem sui obliuiscuntur? 4. Ut ex nimio remittat iniuriam omnibus, qui ipsi inimici & molesti fuerunt, ad imitationem & amorem Christi, qui moriens pro crucifixoribus oravit, dicens: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Ut ipse veniam postulet ab omnibus, quos dicto vel facto offendit.

Quando autem aduertit infirmum mortis nuncio angustari aut turbari, debet in promptu habere motiva, quibus mortis horrorem minuat, & ad sequentes resignationis actus ægrum inducat: quæ etiam pro sanis valere possunt ad tollendum nimium affectum quærens mundanas.

§. 2.

Remedia inducentia ad Resignationem, contra nimium mortis horrorem.

1.

Cogita N. Deum esse supremum Dominum vitæ ac mortis, ac proinde vitæ usuram, quam tibi hætenus gratis dedit, quovis tempore pro suo arbitrio reperere posse. Dic ergo cum Iob: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sic Nomen Domini benedicendum.*

2.

Statutum est omnibus hominibus semel mori, mortuus est Ioseph Christus, mortua est Virgo Deipara, &c. Nemo autem melius novit, quando nobis expediat finem vitæ imponere, quam æterna Dei sapientia. Ille verò tanquam amantissimus Pater hunc tibi vitæ terminum ab æterno destinavit. Dic ergo cum Christo in thoro & brevi morituro. *Pater mi, non mea, sed tua voluntas fiat.* Et cum Apostolo: *Mihi vivere Christus est & mori lucrum, si vivimus sive morimur, Domini sumus.*

3.

Tam stultum est nolle mori, quam nolle esse de numero hominum quorum nè unus quidem à moriendi necessitate eximitur. Si ergo aliquando moriendum est, quando potius, quam hoc tempore, in quo habes tam multa adjuvamenta piæ, ac feliciter moriendi cum præsentia Sacerdotis, cum Ecclesiæ Sacramentis, cum amicorum precibus & Sacrificiis. Quàm multi sunt casus in quibus postea facile contingeret te abripi morte subitanæ sine cruce, sine luce, sine absolutione, sine extremis Sacramentis, cum periculo salutis æternæ, sicut multis assiduo contingit.

4. Quid

4.

Quid est hæc misera vita, nisi carcer animæ, nisi exilium patriæ cœlesti, nisi gehenna curarum, dolorum, morborum, molestiarum, in qua semper una miseria alteri succedit: *Homo natus de muliere brevi vivens tempore repletur multis miseriis*. Nonne præstat simul & semel omnibus his malis liberari, & ad illam patriam tendere, in qua neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra. Ubi amodò dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis.

5.

Multi Viri sancti & sapientes finem hujus vitæ magnis votis expetebant, ut malis hujus vitæ, & peccandi periculis liberati ad æternos Christi complexus evolarent. Sic S. Ignatius Martyr, sic S. Catharina Senensis mortem ultio invitabant, S. Theresia admirans dicebat, *ò mors, quis te metuat, cum vitam parvas*. Dic ergo cum Apostolo: *Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore in ortis hujus. Et Cupio dissolvi, & esse cum Christo*. Et cum Regio Prophetæ, *Latus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domo Domini ibi in us.*

6.

Inquit o, cujus rei desiderium possit te in hac vita removere. An cupiditas fruendi amicis? Multò major amicorum & cognatorum numerus te in cœlo expectat: tot majores tui, tot avi, proavi, patrui, vicini, cognati, fratres fortè & sorores, filii & filia præcellerunt, reliqui omnes ad unum brevi sequentur. Non enim hic habemus manere vitam civitatem, sed futuram inquirimus. An te trahit cupiditas uteridi adhuc tuis bonis, aut hujus lucis usura? At moriendo nihil horum am perdis, sed tantum commutas in melius: nam anima tua cum sic immortalis, in altera vita fruetur bonis multò majoribus, & nunquam perituris. Docente Apostolo, *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis descendit, quæ paravit Deus in bono, qui diligit, ut illum.*

Si dicas, te tantum desiderare longiorem vitam, ut possis melius Deo servire, & ad æternitatem te comparare. At fortè diutius vivendo, longius à salute recederes. *Accidit plerumque, inquit Augustinus, ut qui crescit a salute, crescat & iniquitate*. Uti factum est in ipso Salomone. Fac igitur nunc, quod tunc fieri velles. Potes uno die vel hora, inter infans actibus, & ardenti Dei amore plures vitæ annos adimplere. Et testatur ipsa Scriptura, aliquos ex hac vita magno Deo favore citius evocari, nè per longiorem vitam pereant, nec tamen si non mereri. Audi Scripturam Sapient. 2, *Raptus est, nè moreretur, et intellectum ejus, & Consummatum in brevi exploravit semper*

vita multa. De
ff. &u. Domi
ube quod vis.
antissimam v

Incitame

A Mice N.
qui pro
gu. Christu
em suam & se
portare ut Ch
in gloriam su
tam alienam
menta Christi
guineum, qu
Christus est.
Christi Salvat
am. Si peccor
ui crudelissi
dolorem susti
missimis clavis
Discipulus iupe
oma sustinuit
tinere.

Cogita, te
orii pœnas ex
Choriæ increm
mentanem, &
nobis. Et it
ad futura
Augustino D
Ecce in h
os dolores t
, & hos do
lo diceas. C
um? Pater, si
tua.

Nonne mag
quias insigni
poro

... multa. Dic ergo cum magno erga paternam Dei providentiam affectu. *Domine, tu optime nosti quia mihi expediat: da quod jubes, & ut habe quod vis, paratum cor meum Deus, paratum cor meum, ut faciam voluntatissimam voluntatem tuam.*

§. 3.

Incitantia ad patientiam contra morbi dolores.

1.

A Mice N. nonne desideras sequi Christum Salvatorem tuum, qui pro te multa passus est? Dices haud dubie, desidero. Audi tunc Christum tibi loquentem. *Qui vult venire post me, tollat Crucem suam & sequatur me.* Ecce hi dolores sunt tua Crux, quam debes portare ut Christum sequaris. Si oportuit Christum pati, ut intraret in gloriam suam, quomodo poteris tu sine patientia intrare in gloriam alienam? Dolores tui, fateor, magni sunt, sed dolores & tormenta Christi fuerunt multo majora. Cogita illius sudorem sanguineum, quo ex sola Passionis suae consideratione toto corpore persusus est. Si capitis dolore cruciaris, respice caput ac frontem Christi Salvatoris tui acerbissimis spinarum aculeis undique saucia- tam. Si pectoris, aut lateris molestia torqueris, aspice latus Christi cui crudelissima militis lancea perforatum. Si in manu, aut pede dolorem sustines; converte oculos ad Christi manus & pedes acerbissimis clavibus Crucis affixos. Deinde magno affectu dices. *Non est discipulus super Magistrum: Si Dominus & saluator pro delictis meis tanta sustinuit, quando magis debeo ego ex illius amore aliquid sustinere.*

2.

Cogita, te per morbi dolores patienter toleratos futuras Purgatorii poenas ex parte, vel ex toto compensare, & magnum coelestis gloriae incrementum acquirere, movente Apostolo 2. Cor. 4. *Momentaneum, & leve tribulationis nostra aeternum gloria pondus operatur nobis.* Et iterum ad Rom. 8. *Non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis.* Dic ergo cum S. Augustino *Domine hic ure, hic seca, ut in aeternum parcas.*

Ecce in hunc finem Christus ex pretioso Calice Passionis suae dolores tibi propinat. Nonne ipsius Calicem libenter acceptationis, & hos dolores, licet amarus, ex illius amore exhaustis, cum ipso dicas. *Calicem, quem dedit mihi Pater, quomodo non bibam illum? Pater, si non potest Calix ille transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.*

Nonne magni faceres, si quis tibi sacratissimae Crucis Christi reliquias insignes, aut particulas aliquas donaret? Ecce tibi Christus

ipse mittit hos dolores tanquam particulas gravissimæ Crucis quam ipse in corpore & in anima sua ex tui amore sustinuit. Dic ergo ex toto corde Salvatori tuo.

Domine IESU Christe, ad amorem & gloriam tuam suscipio a paterna manu tuas omnes ac singulos huius morbi dolores ac molestias tanquam totidem reliquias sanctissimæ Crucis tuæ mihi à te donatas. Illas tanquam tales amplector & exosculor: & eas in corpore & corde mei theca cum patientia, imò etiam cum gaudio portare desidero. Salva me Crux pretiosa, quæ decorem traxisti de membris Domini mei Iesu Christi. Suscipe me discipulum ejus, qui pependit in te: ut per te me recipias, quæ per te me redemit. Christo confixus sim Cruci, vivam ego, jam non ego, vivat verò in me Christus.

Cogita, quomodo Sancti omnes optabant stigmata vulnerum Christi in suo corpore gestare. Quomodo S. Paulus gloriabatur stigmata Domini Jesu in suo corpore portare. Quomodo S. Franciscus pro summo favore cicatrices quinque vulnerum Christi in suo corpore suscepit, etiam si ex illis copiosus sanguis proflueret. Quomodo S. Catharina Senensis cum ingenti gaudio similem gratiam Christo complexa est, licet tantos dolores inde sentiret, ut se morturam putaret. Certissimum autem est, & fide credendum, illi dolores ac molestias magno Dei favore & munere tibi concessos esse, si illos ad honorem, aut amorem Dei patienter sustineas. Dicitur igitur ex animo cum Sanctis illis Deo charissimis.

O Deus, ô Saluator dilectissime ad amorem & honorem diuina gestatis tuæ suscipio de manu tuâ hos cruciatus ac molestias, eosque amplector tanquam Stigmata vulnerum tuorum, & vestigia tormentorum, quæ in sacratissimo Corpore sustinisti. Et utinam eodem animo sensu ea in corpore meo sustinerem, quo S. Paulus Apostolus, S. Franciscus Confessor Seraphicus, S. Catharina Senensis, aliique tibi dilectissimi.

Vivam haberem illum pro te patiendi ardorem, quem habuit S. Laurentius, dum super ardentem prunam in craticula versaretur. Quem habuit S. Stephanus, dum inter lapidum imbres toto corpore contumitur. Quem habuit S. Sebastianus, dum sagittis undique conspersionibus in prædissertis in prædissertis. Quem habuerunt reliqui Martyres & amici tui, quorum maximum gaudium erat pro te secari, uri, laniari. Quod mihi deest tu supplere digneris, Saluator mi, cum quo vivere volo & mori. Amen.

S. 4.

De exercitio Fidei, Spei, & Fiducie in Deum.

UT æger disponatur ad actus efficaces Amoris & Contritionis, plurimum juvat illum primò excitare ad vivam Fidem

fiduciam erga Deum, ac merita Christi, aliaque Fidei mysteria, quantum personæ dispositio patietur; nam ut ait Apostolus ad Heb. 11. *Sine Fide impossibile est placere Deo.*

Quòd si esset æger qui in Fide vacillaret, & consilium indigeret, proponi possent illi breviter quædam ex argumentis, quæ pro Ecclesia Romana supra in *Controversiis* exposuimus.

Itaque inducendus est æger, ut devotè & attentè recitet Symbolum Apostolorum: vel ipse Sacerdos illi præcat singulas Symboli partes pronuntiando. Quòd si infirmior sit, quàm ut hoc commodum, aut consultum videatur: procedat Sacerdos per paucas interrogaciones hoc modo.

Nonne credis in Deum & Salvatorem nostrum IESUM Christum, &c. Credo. Nonne cupis vivere & mori in Fide, quam sancta Romana Ecclesia credendam proponit? Cupio. Abrenuncias omni diabolica suggestioni, qua possit tibi in contrarium occurrere nunc & in hora mortis? Abrenuncio in perpetuum: & utinam possim Fidem hanc sanguine meo consignare.

Nonne spem tuam & firmam fiduciam salutis aeternæ habes repositam in Dei misericordia, & meritis Salvatoris nostri Iesu Christi? Respondet æger: In te Domine speravi, non confundar in aeternum.

Dice go cum Jobo c. 19. Scio, quia Redemptor meus vivit, & in proximo die de terra resurgeturus sum, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum: quem visurus sum, & oculi mei conspècturi sunt non alium. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

Debes igitur scire, nulla esse peccata tam multa aut magna, quæ remitti non possint per infinita Christi merita, quæ per Sacramenta, aut sinceram cordis Contritionem nobis applicantur. Exemplum habes in *S. Magdalena*, quæ quamvis esset magna in civitate peccatrix, postquam seriò ad Christum conversa est, & de peccatis doluit, dixit ei Dominus: *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Et latro, qui tantum in Cruce ultimâ vitæ horâ cum fiducia dixit: *Domine memento mei cum veneris in regnum tuum:* statim a Christo audivit: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.*

Respice Christum in Cruce expansis brachiis paratum te ad suum complexum & gratiam admittere, modò tu velis totâ cordis fiduciâ ad illum recurrere. Audi illum ultrò invitantem: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.*

Cogita, Deum Patrem esse benignissimum, qui non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat. Ipse te creavit, ipse te ad Ecclesiam suam vocavit, ipse te per Filium suum unigenitum

unigenitum redemit. Accurre igitur ad ipsius sinum, tanquam creatura ad Creatorem, servus ad Dominum, redemptus ad Redemptorem, filius ad Parentem. Ipse est, qui *filium* etiam *Prodigum* post multa flagitia ad se reducem cum gaudio recepit. Tu tantum de corde contrito. *Pater peccavi in calum & coram te, & jam non sum dignus vocari filius tuus.* Et ipse cum læticia paterna viscerum expandet, dicens: *Gaudere oportet & exultare, quia filius meus mortuus erat, & revixit, perierat, & inventus est. Testatur enim majus esse gaudium in cælo super uno peccatore pœnitentiam agentem quàm supra nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentiâ.*

Postquam Sacerdos hæc aut alia fiduciæ motiva cum affectu expressit, posuit, suggeret per intervalla aliquam ex sequentibus sententiis identidem ab ægro ore vel corde repetendam. *Domine, si habes de me damnare potes, habes etiam unde potes salvare: misericordia Domini super omnia opera ejus. Quomodo pater miseretur filiorum, tu miserus es Dominus timentibus se. Domine non timebo mala, quoniam tu mecum es. Pone me Domine juxta te, & cujusvis manus preceperit me. Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui. Ad te Domine levavi animam meam, Deus meus in te confidam, non erubescam. Pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde, humiles spiritu salvabit. Magna est super cælos misericordia tua, usque ad nubes veritas tua. Quis unquam speravit in Domino & confusus est? In te Domine speravi, non confundar in æternum. Hoc quam repetit æger, concludere potest Sacerdos hæc oratione. Domine cui proprium est misereri semper & parcere, suscipe deprecationem nostram, ut nos & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constrinxerunt, miseratio tua pietatis clementer absolvas. Per Christum Dominum nostrum, Amen.*

§. 5.

De exercitio Amoris in DEVM & perfectæ Contritionis.

Actus hic maximi momenti est, & ad illum æger aut moribundus omni conatu adjuvandus est: nam si in susceptione Sacramentorum aliquid forte obicis quocunque modo interveniat, hic actus est & quidem solus, qui peccatorem reddit salutis sue participem se ipsum. Proinde ad illum primò per idonea motiva dirigendus est, deinde ipse actus pro viribus eliciendus.

Primò, considera N. Dei bonitatem, Majestatem, excellentiam infinitam

infinitam suam ex nihil servat. In finibus, amor in amoris infinitum ipsum ex corde, & ex tuius miser Nonne N. filius, quam creaturis in finibus ergo tandem

Diligite I & totis viribus & amplius diligem: cerè

Considera ergo amore omnem, quam amamus, vel beatitudo, dulcedior, à quo tenuis radii in creaturis amamus, quantum debemus.

O quam servitas infinita! in æternum.

Deus meus terram, Deus Considera nem ac multum vitæ ad imaginem quos tuo locum integrum & Animam tibi naturæ & gratiæ. Ut post hanc viceps efficiat ergo diligis

infinitam

infinitam super omnes creaturas, quas ipse solo nutu voluntatis
 sua ex nihilo produxit, & infinita benignitate assiduo regit & con-
 servat. Infinitae ejus majestati ac bonitati debetur à te, & ab omni-
 bus, amor infinitus. O utinam possimus illum rependere! Sed quia
 amoris infiniti incapaces sumus, tantum mandat nobis, ut diliga-
 mus ipsum ut Deum & Dominum super omnes creaturas ex toto
 corde, & ex tota anima, & ex totis viribus nostris, sic ut pro nulla re
 hujus miseræ vitæ velimus ipsum offendere, aut ab illo separari.
 Nonne N. hoc tibi æquum & justum videtur? Quid enim ju-
 stius, quàm ut Deum, & Creatorem, & Dominum, qui omnibus
 creaturis infinitè dignior est, super omnes creaturas diligamus. Dic
 ergo tandem.

*Diligo te Deus meus, diligo te ex toto corde meo, ex tota anima mea,
 & totis viribus meis super omnes res hujus mundi; & utinam amplius
 & amplius diligerem. Et utinam ab amore tuo nunquam peccando recessissem: cerè cum gratia tua nunquam amplius recedam.*

Considera secundò, quare in hoc mundo creaturas aliquas ma-
 gno amore complectimur? Nempe propter aliquam pulchritudi-
 nem, quam in illis videmus, vel dulcedinem, quam in illis senti-
 mus, vel benignitatem, quam in illis experimur. Illa ipsa pulchri-
 tudo, dulcedo, benignitas, est in Deo infinites major & perfe-
 ctior, à quo omnis pulchritudo & amabilitas creaturarum, sicut
 tenuis radius à sole & rivus exiguus ab oceano descendit. Si igitur
 in creaturis tenues umbras, & rivos divinæ bonitatis adama-
 mus, quantò magis ipsum omnis boni fontem & originem diligere
 debemus.

*O quam serè te cognovi pulchritudo aeterna, quam serè te amavi boni-
 tas infinita! Nunc cerè super omnia te unum amo, & amare desidero
 in aeternum.*

*Deus meus & omnia! Quid mihi est in caelo, & à te quid volui super
 terram, Deus cordis mei, & pars mea Deus in aeternum.*

Considera tertio, beneficiorum à Deo acceptorum magnitudi-
 nem ac multitudinem, ex mera ac gratuita Dei benignitate. Crea-
 vit te ad imaginem & similitudinem suam ex innumeris hominibus,
 quos tuo loco creare potuisset. Corpus tibi dedit præ multis aliis
 integrum & sanum, non claudum, aut cæcum, aut informe, &c.
 Animam tibi donavit immortalem, rationis capacem, & multas
 naturæ & gratiæ donis præditam. Et quem in finem sic te creavit?
 Ut post hanc vitam cum ipso Deo felicitatis & gloriæ aeternæ par-
 ticeps efficiaris, quo nullum majus donum excogitari potest. Si
 ergo diligis parentem, qui tantum corpus tuum genuit, & pauco-
 rum

rum tantum annorum hereditatem tibi comparavit, quantum majore dilectione & affectu debes Deo adherere, qui non tantum corpus, sed etiam animam immortalem, & hereditatem æternam tibi in caelis præparavit.

O Creator mi, ô Pater æternæ, diligo te super omnem mundi dilectionem non tantum quia ego hac à te bona accepi, sed quia in teipso tam bonus es, tam pius, tam benignus, ut me indignum tui tuis donis ac bonis prævenire dignatus fueris. Et interim ego in te peccando fui tam ingratus quando tu erga me fuisti tam gratus.

Considera quartò, postquam Dei dona, & spem salutis æternæ peccato perdidisti, quomodo per filii sui mortem, Passionem & Sanguinem te à suppliciis æternis redemit. Quomodo iterum iterumque relabentem ab inferni pœnis toties conservavit, in quibus hoc momento arderes, nisi Deus erga te divinæ justitiæ rigor temperavit.

Sic ergo Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, dilexit hanc animam meam ut per ejus Sanguinem me à morte æternæ conservaret. Quid ego retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Suscipe saltem cor meum, & animam meam, & amorem meum, & vitam meam: ut amore amoris tui moriar, qui amore amoris tui dignatus es mori in ligno Crucis.

Considera quintò, immensam ac perpetuam Dei ac Salvatoris sui in te charitatem, in eo, quòd velit in Sacramento Eucharistiæ nobiscum assiduò permanere, & seipsum nobis in cibum & alimentum præbere, dicens: *Qui manducat meam Carnem & bibit meum Sanguinem in me manet & ego in eo.* Et, *Qui manducat hunc panem vivet æternum.* Quænam mater adeò tenerè diligit filium suum, ut carnem & sanguinem suum in alimentum præbeat: Christi verò nos amor omnium hominum amorem adeò superat, ut satis illi fuerit morte suâ nos redimere, sed etiam voluerit carnem, & Sanguinem, & animam, & divinitatem suam nobis in escam, in solatium in vitæ æternæ pretium relinquere.

Dic ergo cum S. Augustino: *O anima mea, si pigeat amare, pigeat te saltem redamare Deum & Salvatorem tuum, tali amore te prævenientem. O amor mi! Si delicia tua sunt esse cum filiis hominum, quomodo non erunt delicia mea esse tecum. Diligam ergo te fortitudo mea Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus, & amor meus in æternum.*

Considera sextò, ingentia beneficia, quæ Deus præ multis aliis ex speciali amore tibi in particulari concessit. Primò vocavit te ad veram Ecclesiam & Fidem, sine qua nulla est salvatio, id quod

peculiari favore ad me, in hominum, si Deus tuus illius illum ceteris si Deus percer amicis a tionem abd

Secundò, pissimo in ut

Tertio, quilibet, qui te homines fer

Quartò, C

eram entorū

venit, ut pos

obtinere, i

salotem æte

potes ex an

omnibus, q

qui quodam

amare super

Apostoli &

qua ex toto

consultavit

Et ut po

Suscipe Dom

lectum, &

tus es, id tot

morem tuum

posco in rebu

Quar d

excitatum m

det, poter

Contritione

aut particul

suadere, u

runt. Tert

aut facto o

Dei amore

bita, aut al

peculi

quantō major
tantum con
eternam tibi
di dilectioni
o tam bonu
ac bonis pu
am ingratu
utis ætern
Passionem
odo iterum
avit, in qu
tiaz rigore
tum daret
morte ætern
qua retribu
orem meam
e amoris m
ac Salvator
Eucharisti
m & aliis
bit meum Sa
panē vi ver
uum, ut
christi verō
fatis illi
nem, & Sa
in solatiu
amare, m
amore te p
ominum, q
fortitudo m
berator m
e multis ali
o vocavit
atio, idq
pecul

peculiari favore & auxilio, teste Christo, Joan. 6. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit illum.* Cogita, quā multa hominum millia in sua infidelitate & hæresi æternū pereant, quos si Deus tuo loco ad suam Ecclesiam ita vocasset, fortè multò ardentius illum coluissent & amassent. Cogita, quid de te factum fuisset, si Deus permisisset te nasci ex parentibus hæreticis, aut educari inter amicos aut cognatos hæresi infectos, qui te in errorem & damnationem abduxissent.

Secundò, quomodo divina providentia non permisit, ut sinè Baptismo in utero matris extinctus fueris, ut multi alii.

Tertiò, quòd ab infantia nactus fueris Magistros probos & Catholicos, qui te in timore Dei, & amore virtutis continuerunt, ne inter homines sceleratos & perditos vitam duceres.

Quartò, Quòd tibi præ multis aliis præbuerit usum frequentē Sacramentorū, à subitanea morte, & à damnatione æterna conservaverit, ut possis in gremio Ecclesiæ mori, Sacerdotis absolutionem obtinere, in perfecto Dei amore & gratia vitam terminare, & ad salutem æternam cum Christo & Sanctis in cælo pervenire. Verè potes ex animo cum Propheta dicere: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi. Quomodo non diligam illū super omnia, qui quodammodo super omnes me dilexit? O mi Deus, desidero te amare super omnia, sicut te diligunt Angeli in cælo, sicut te diligunt Apostoli & Martyres, & sicut te dilexit sanctissima Virgo Deipara, cum qua ex toto corde & affectu dico: Magnificat anima mea Dominū, & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.*

Et ut possim quantum in me est amorem amore compensare. *Suscipe Domine universam libertatem meam, accipe memoriam, intellectum, & voluntatem meam. Quidquid habeo ac possideo, mihi largitus es, id totum tibi restituo, ac tua voluntati trado gubernandum. Amorem tuum cum gratia tua mihi dones, & dives sum satis, nec ultrà posco in rebus creatis.*

Quando advertet Confessarius poenitentem suum his motivis excitatum, & ad Dei amorem inflammatum esse dum ferrum candet, poterit primò cum illo recitare aliquos actus Charitatis & Contritionis infra exprimendos, ut ad Confessionem generalem, aut particularem, aut ad alia Sacramenta disponatur. *Secundò*, suadere, ut ex Dei amore ignoscat omnibus qui illum offenderunt. *Tertiò*, hortari, ut ab omnibus veniam postulet quos dicto, aut facto offendit. *Quartò*, ut morbi molestias, aut mortem ex Dei amore libenter suscipiat. *Quintò*, ut promittat præstare debita, aut alia, quæ judicat ad ægri salutem necessaria. *Sextò*, ut proponat,

proponat, si Deus vitam ulteriorem dederit, optimo pietatis exemplo aliis præluere.

§. 6.

*Actus varii Contritionis & Amoris DEI
super omnia.*

I.

O Magne Deus! Te amo super omnia, te diligo ex toto corde, ex tota anima & ex omnibus viribus meis: ac firmissimè propono omnia mandata tua implere, omniaque te aspirante peccata vitare. Et quare? non aliâ causâ, quàm ob immensam perfectionem, incomprehensam potentiam, altissimam sapientiam, infinitam bonitatem tuam, sive propter teipsum, & quia omni amore dignissimus es. O Pater! ô Fili! ô Spiritus sancte! ô sanctissimam Trinitas! ô Deus meus & omnia.

II.

Domine Jesu Christe, verus Deus, & verus homo, Creator & Salvator meus, doleo ex toto corde meo, quòd te offenderim, quia tu Deus meus es, & te amo super omnia, firmiterque statuo, nunquam posthac peccare, sed omnes peccandi occasiones evitare. Propono quoque peccata mea confiteri, poenitentiam, que injuncta fuerit, exsolvere, & si quid alicui debeam, restituere. Amore etiam tui remitto injuriam omnem à quocunque mihi illatam. Insuper & expianda peccata mea, offero Majestati tuæ vitam, labores, & bona opera mea universa. Ut verò humillimè peccatorum meorum veniam efflagito, ità confido, ab infinita bonitate tua per merita sanctissimæ Passionis, Sanguinis & mortis tuæ, ea mihi remittenda: præstandam etiam gratiam, quâ vitam meam emendem, & in sanctissimo servitio tuo in finem usque persequerem, Amen.

III.

Delicta mea, Deus meus, expavescō, & ante te erubescō, cùm veneris judicare, noli me condemnare. Doleo Deus cordis mei, doleo ex toto corde meo, quòd offenderim ac læserim supremam bonitatem ac majestatem tuam. O cur unquam displicui tibi! ô amabilissima bonitas! ô Majestas colendissima, doleo jam ex solo sincerissimo amore tui, qui amari super omnia infinitè dignus es. Amo te Deus meus: & amare te & glorificare te volo in æternum, Amen.

IV. O

O Deus meus
bonus, infinitè
amabilem,
sanctè, præst
ctū, & hoc
spiro, quoti

Deus meus
offenderim
& cum om
plector, &
quod vis.

O Deus
fuiti erga me
Pater mi. is
ro corde de
tempore ato

Praxis

Nonne
Roma
volo.

Nonne fi
& fidenter d
quoniam tu

Nonne D
Amo, & am
nam diligen
quo diligen

Nonne d
amore profe
vina illius m

Nonne te
manus DEI
disponat.

IV.

O Deus meus, Amor meus, omne bonum meum, & in te infinitè bonus, infinitè benignus! utinam nunquam offendissem te infinitè amabilem, nec offenderem posthac in æternum! Hoc ego, Pater sancte, præstare desidero omnium creaturarum mihi possibili affectu, & hoc desiderium ac propositum toties renovare, quoties respicio, quoties vivo, nunc & in æternum.

V.

Deus meus & omnia, doleo purè propter te, quòd unquam offenderim te infinito honore, amore, obsequio dignissimum, & cum omnibus Sanctis & servis tuis tuum beneplacitum amplector, & amplectar in æternum. Da quod jubes, & jube quod vis.

VI.

O Deus meus! ô Jesu cordis mei! quàm bonus semper fuisti erga me! & heu, quàm ingratus ego erga te! Ignosce Pater mi, ignosce Pater misericordiarum, & concede, ut extoto corde deinceps adhæream tibi & sanctissimæ voluntati tuæ in tempore atque æternitate, Amen.

§. 7.

Praxis eadem per breves interrogationes, quando aeger loqui vix potest.

Nonne firmiter credis omnia, quæ tibi Deus per Ecclesiam Romanam credenda proponit? Credo, in ea fide mori volo.

Nonne fiduciam tuam omnem in Deo Jesu tuo defixisti? Defixi, & fidenter dico; In te Domine speravi, non confundar in æternum; quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.

Nonne Deum amas super omnia propter infinitam ejus bonitatem? Amo, & amabo in æternum Deum meum, Creatorem meum; utinam diligerem te Salvator mi, eo amore, quo dilexit te mater tua, quo diligunt te in cælo Sancti tui in æternum.

Nonne doles ex animo te Deum toties offendisse, quem summo amore prosequi debueras? Doleo, idque Dei solius causâ, quia divina illius majestas toties à me peccando offensa est.

Nonne te Deo totum tradis, qui tibi totum dedit? Trado in manus DEI, vitam & mortem meam, ut de iis pro suo arbitratu disponat.

Nonne

Nonne, si Deus te pristinae sanitati redderet, aliter vitae tuae rationes institueres? instituerem, & ardentius quam haecenus Deum meum amarem, eique servirem.

§. 8.

Ad sacrum Viaticum preparatio.

Vaticum differt à Communione ordinaria, quòd in hac peccamus à Deo gratiam bene vivendi per hoc autem gratiam bene moriendi; idque viatici nomen designat, quod nihil aliud est quàm annona, sive comeatus ad futurum iter. Sed quòd longior via est à terra in cælum, ad quòd moribundus properat, eò S. Mater Ecclesia filios suos decedentes Viatico instruit potentiore Corporis & Sanguinis Christi.

Forma dandi Viaticum hæc est: *Accipe frater (vel soror) Viaticum Corporis Domini nostri Iesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, & perducatur in vitam æternam, Amen.*

Forma verò Communionis ordinariæ: *Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam.*

Qui manè celebravit, vel communicavit, & postea eodem die incidit in periculum mortis, potest iterum Communionem sumere non jejunos per modum Viatici. Et, si postea periculum dures, & æger id multum desideret, potest idem permitti post unum alterumve diem. Conc. enim Constantiense Sess. 13. tempus non limitat, quando dicit in casu infirmitatis Eucharistiam dicitur posse non jejuno. Aliàs interstitium ordinarium solet esse 7. vel 8. dierum.

Potest dari viaticum ægro, qui ex febris in delirium incidit, si antea illud desideraverit, aut signa Contritionis ediderit, nec appareat periculum irreverentiæ. Ità Rituale Rom. Item damnato ad mortem, etiam non jejuno, si necessitas urgeat.

Quilibet Sacerdos in extrema necessitate, si Pauchus desit, potest præbere Viaticum. Et, si alia hostia non suppetat, potest Sacerdos ex hostia majori, quâ celebrat, particulam pro moribundo reservare.

Sacerdos allaturus Viaticum, conetur antea, si tempus suppetat, excitare in ægro magnum desiderium hujus Sacramenti, idque ut præstet efficacius, verba Ecclesiæ augustissimum Convivium venerantis proponat. *O sacrum Convivium, in quo Christus sumitur! recolitur memoria Passionis ejus mens impletur gratiâ, & futura gloria nobis pignus datur.* Puncta hic quatuor consideret, quasi totidem sacratissimi epuli fercula,

Ad illa
charitiam de
patriam cœle
ac latronibus
animum desp
eos, qui trib
ces audacter
mala, quonia
nus tam enix
si munitus no
ob demerita n
denter dicere
meos.

Recolitur
Passionis suæ
nostras speq
B. Hugo
ulimus esset
tio esset de Pa
verbum esset
vota concipi

Mens imp
ille cœlestis p
tentias refici

Futura gl
ter aspiret, q

Ubi verò
tas patietur
est Eucharist
articulo, su
Exemplo sit
animam age
gnovit, perit
concito grad
mi genibus
corporisque
sum comm

1.

Ad illa verba, *O sacrum Convivium, &c.* perpendat SS. Eucharistiam dari viatoribus per modum cibi, ne deficiant in via ad patriam caelestem; grandis enim adhuc restat via, hostibus multis ac latronibus infestissima: ideoque Servator tuus, amicum, ne animum desponderes, paravit in conspectu tuo mensam adversus eos, qui tribuant te; ad hanc mensam ubi dignè accubueris, diceres audacter: *Si ambulare vero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es Domine.* Quare S. Nicolaus Tolentinus tam enixe v. Eucharistiam expetebat? *Vi tanto, inquit, Viatoro munitus non deficiam in via ad caelestem patriam profecturus; & si ob demerita mea impius Belial hostis meus mihi occurrerit, possim fidenter dicere: Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos.*

2.

Recolitur memoria Passionis ejus. Idè autem voluit Dominus Passionis suae apud nos jugem esse memoriam, quod in ea divitias nostras spesque omnes sitas habere debeamus.

B. Hugo à S. Victore tria in votis habuisse dicitur. 1. Ut cibus ultimus esset Eucharistia. 2. Ut ultima cogitatio, sive meditatio esset de Passione Domini nostri Jesu Christi. 3. Ut supremum verbum esset dulcissimum JESU nomen. Quidni & tu ejusmodi vota concipias?

3.

Mens impletur gratia. Quod corporeus cibus corpori, hoc panis ille caelestis praestat animae: ille membra corporis, hic animae potentias reficit, nutrit, confirmat.

4.

Futura gloria nobis pignus datur. Quis ad illud pignus non fidenter aspiret, quod opem certam aeternae vitae adducit?

Ubi verò allata fuerit Venerabilis Eucharistia, quantum infirmitas patietur, Deum praesentem veneretur, atque adoret. Saepè visa est Eucharistia morituris vires addere, ut in illo supremi temporis articulo, suum in Deum amore religionemque palam facerent. Exemplo sit S. Guilielmus Archiepiscopus Bituricensis, qui, licet animam agere videretur, simul atque Deum suum ad se venire cognovit, perinde ac si morbus omnis remississet, de strato prostratus, concito gradu Servatori suo processit obviam, cumque flexis humi genibus totusque lachrymis diffuens, quantà potuit animi corporisque demissione veneratus est, instantemque illi agonem suum commendavit.

Tum

Tum in ægro iterum excitet Sacerdos vehemens sacratissimi viatici desiderium, in quem finem breviter repeti poterunt prædicta; tum exempla adferri eorum, qui ardentissime cœlesti hoc panem vitæ excessuri muniri voluerunt.

S. Maria Magdalena admonita, ut cœlum peteret, etsi itineris duces Angelos haberet, hoc tamen iter ingredi renuit, nisi prius Christum, Dominum Angelorum, comitem & ducem haberet.

S. Ambrosii Mediolanensium Præsidis desiderio, quod præmorbi magnitudine aperire non poterat, Deus miraculo satisfecit, nam nocte divinitus admonitus Vercellensis Episcopus, aillatâ Venerabili Eucharistiâ, Viatico illum refecit.

His aliisque æger accensus, quàm maximâ potest reverentiâ divinum viaticum recipiat: quo accepto, consideret nobilis huius cibi dignitatem, repetitisque Fidei, spei, ac Charitatis actibus, dicat; *Mane nobiscum Domine, quoniam advesperascit, & inclinata est jam dies. Breves dies mei sunt, & solum corpori meo superest sepulchrum. Bone lesu esto mihi lesus & Salvator, ubi corpus & animam committo.*

S. 9.

Ad extremam Unctionem dispositio.

Forma conferendi in Rituali exprimitur: iterari potest, quando novum mortis periculum incurrit. Ministranda est etiam amentibus, licet illam antea non pertierint. Pueris etiam danda post septimum annum, si habeant usum rationis, etsi nunquam communicaverint. Alias resolutiones vide supra Part. 4. c. 6. ubi de Extrema Unctione agitur.

Effectus hujus Sacramenti ex Concilio Florentino est mentis sanitas, & quantum expedit, etiam corporis. Hinc Sacerdos refutet errorem & timorem illorum qui cupiunt semper differri Extremam Unctionem, eò, quòd persuadeant sibi eâ collatâ de vita actum esse. Cardinalis Bellar. asserit idèo rariores ægros hunc sanitatis fructum decerpere, quòd seriùs ad hanc vitæ arborem accedant.

Narrat Joannes Nider, Rupertum quendam Imperatorem circæ annum Christi 1400. hujus opinionis aspergiæ non leviter tinctum fuisse; at non impunè: nam continuo tot tamque gravibus scriptulis torqueri cœpit, ut propius nil fuerit, quàm ut non modò de corporis, sed & de animæ salute deturbaretur. Impedit Dei favori Spiritualis hæc ei medicina adhibita, dumque orationes ejus pietatis plenissimas percipit; ô me imprudentem inquit, qui oratio-

nes tam pi-
mez: & verò
bus imperium
Dum æger

bus pascat: I
intende, Dom
salus tua ego p

Sacerdos p
perandæ sani
to consentan
recitet.

Concede hu
mentis & corp
nis intercessio
Omnipotens se
infirmitate famul
mi reddidit sibi

Postquam
tibus con
ab iis juvari p
ficienciâ ad C
permodum si
Deinde ad
tem obeunda
near ad hanc
viam ambula
Eucharistiæ u
quod ad salut
bus esse mort
ingentes thes
tos præter
nunc

... tam pias haftenus neglexerim. Ignoscat Deus insipientiae
... meae: & verò ignovit, vitæ annos insuper non paucos indulsit, qui-
... bus imperium tuum sospes administravit.

Dum æger inungitur, animum his aliisque similibus orationi-
... bus pascat: *Iesu Eih David miserere mei: Deus in adiutoriū meum*
... *commende, Domine ad adiuvandum me festina: Bone Iesu dic anima mea,*
... *salus tua ego sum.*

Sacerdos peractâ Unctione ægrum animet ad fiduciam recu-
... perandæ sanitatis, si id animæ profuturum sit, divinoque placi-
... to consentaneum; atque in hunc finem *has* aliasque orationes
... recitet.

Concede hunc famulum tuum quem sumus, Domine Deus, perpetuâ
... *mentis & corporis sanitate gaudere, & gloriosa B. Maria semper Virgi-*
... *nis intercessione à presenti liberari tristitia, & aternâ perfrui letitiâ.*
... *Omnipotens sempiternæ Deus, salus aterna credentium, exaudi nos pro*
... *carissimo famulo tuo N. pro quo misericordia tua imploramus auxilium,*
... *et reddidit sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones.*

§. 10.

Admonitio ad presentes de morte.

POSTquam æger expiraverit, Sacerdos animam ejus circumstan-
... tibus commendet, dicatque nullo modo defunctum efficacius
... ab iis juvari posse, quàm si purgata statim per Confessionem con-
... scientiâ ad Communionem religiosè accedant, ejusque fructum
... permodùm suffragii defuncto impertiant.

Deinde adhortetur presentes de adhibenda cura ad felicem mor-
... tem obeundam. 1. Quia ab illa beata æternitas dependet. 2. Mo-
... neat ad hanc obtinendam necesse esse per rectam vitæ innocentis
... viam ambulare, & frequentem Sacramentorum Pœnitentiæ, &
... Eucharistiæ usum adhibere. 3. Considerent pretiosum esse tempus
... quod ad salutem operandam conceditur. 4. Maximè certam omni-
... bus esse mortem, horam verò mortis incertam. 5. Exiguo labore
... ingentes thesauros comparari posse. 6. Nihil nos hinc asportatu-
... ros præter virtutum bonorumque operum fructus. 7. Id
... nunc agendum, quod fecisse optaremus, si modò
... supremum vitæ momentum
... adesset.

APPEN-



APPENDIX.

QUIA VERO NON MODO CUM MORIBUNDIS ATQUE INFIRMIS, SED ETIAM CUM ALIIS, IISQUE VARIIS HOMINUM STATIBUS SÆPE SÆPIUS AGERE OBTINGIT VIRO APOSTOLICO:

Placuit iterum hic utilissimas doctrinas aliquot ex Instructione practica

R. P. TOBIÆ LÖHNER S. J.

DE

CONVERSATIONE

EX CAP. III.

JUXTA PRIMAM EDITIONEM

In 12. Paragraphos distinctas apponere.

§. I.

Quomodo cum Hæreticis agendum sit.

I.

Habenda ad illos sincera charitas, pulsus ex animo contumacitatem, quæ quoquomodo illorum apud nos existimationem minuant.

2. Concilianda illorum benevolentia, ut vicissim nos ament. & bene de nobis sentiant. Quod obtinemus, si eos comiter alloquamur, si in familiari sermone de rebus agamus, de quibus inter utrosque convenit, omni altercatione sublata; si abstinemus ab omni convitio & verborum contumelioso, neque vocemus facile hæreticos, sed Augustinæ confessione addictos, aut putatos Evangelicos; si aliquibus misericordiz & charitatis operibus, maxime quibus juncta sit humilitas

subvenit

avertiamus ;
loquamur de i
atio admittit
3. Omoi str
e sua ipsos etia
um est.
4. Conand
tæsis, que i
proprii fiducia
5. Assidue
nterea perinde
e Moÿse Ama
6. Licet no
oram aliis dis
1. clamosi &
le illis palmam
men justas ob
equentia obs
scriptorum Ap
otos habeat.
antur. Que
Controversiæ
ica Gregorii
tiani Mayr, Ed
di, Catholic
communes. Th
one, &c. 2
um enim sit F
taque ante co
ommandet,
fferat sub ips
DEUM jacula
men exoret in
tione, consul
te vera, nec
sa docuit, a
ne sumit Euch
bus hæreticis
o ad aliud t
genda; quâ
ntetur, sed

ueniamus; si pro ratione status debito eos honore prosequamur, equamur de iis, & eorundem sectæ asseclis honorificè, quantum ratio admittit.

3. Omni studio curandum, ut auocentur à vitiis, sic enim sponte suâ ipsos etiam errores tandem deponent, uti experientiâ probatum est.

4. Conandum, ut aptis sermonibus & mediis tollatur radix hæresis, quæ in plerisque est contemptus gratiarum Dei & iudicii proprii fiducia.

5. Assiduè per orationem Deo commendentur, sic enim forte interea perinde Dei auxilio victas dabunt manus, atque olim orante Moyse Amalicitæ dederunt.

6. Licet non videatur consultum, ut cum hæreticis publicè & coram aliis disputetur, quia hi plurima habent effugia, sunt garruli, clamosi & iactabundi, unde imperitus auditor & iudex facile illis palmam adscribet, non sinè religionis aliqua infamia; si tamen iustas ob causas disputandum siue publicè siue privatim sit, sequentia obseruet. 1. Curet ut in lectione Evangeliorum & scriptorum Apostolicorum ita versatus sit, ut locos præcipuos citatos habeat, quibus ex ipso verbo Dei scripto hæretici convincantur. Quem in finem non parum conducent sequentes libri.

Controversiæ Bellarmini, Becani Manuale, Analysis Fidei Catholice Gregorii de Valentia: octo controversiæ principales Christiani Mayr, Edmundi Campiani rationes duodecim, Clypeus Fidei, Catholica colloquia P. Christophori Pflaumer, Rutlandi loci communes, Thomæ Stapletoni opera duo de principiis & justificatione, &c. 2. Non confidat ulli suæ eruditioni & industriæ; nam enim sit Fides donum DEI, humanis mediis non obtinebitur.

Itaque ante congressum cum hæretico, eum Deo in orationibus commendet, & quasdam afflictiones ac pœnitentias pro eodem offerat sub ipsa etiam concertatione mentem frequenter eleuet ad DEUM jaculatoriis orationibus, quibus sibi gratiam, & illi lumen exoret impetret. 3. Nè tempus frustra teratur in disputatione, consultum erit mox ad fundamentalem controversiam venire, ea autem est de notis Ecclesiæ; si enim demonstretur nostræ esse vera, necessaria erit sequela, omnia quoque vera esse, quæ ipsa docuit, atque aded non errare eum, qui sub una solum specie sumit Eucharistiam, veneratur Sanctos, &c. 4. Disputantibus hæreticis non danda est libertas vagandi; & ab uno puncto ad aliud transiliendi, sed certa categorica responsio extorrenda; quâ re si ipsi irritentur, caveat Sacerdos, nè ipse etiam irritetur, sed religiosâ patientiâ & modestiâ adstantibus sit bono

exemplo.

exemplo. Attendat quoque, nè concitato aculeatis verbis insultet, & quasi triumphum canat; hoc enim presentibus, qui periculumque suis compati & favere solent, displicere poterit, & occasionem dare Sacerdotes Catholicos averfandi ut superbos. §. 5. Sciant non oberit urgere hæreticos, & premere quæstionem illam, nisi sciant Biblia, quibus utuntur, & quæ citant, esse verum Verbum Dei, Evangelium S. Matthæi esse scriptum à S. Matthæo. & non ab alio, qui nomen ejus finxerit? sic enim denique deveniendum erit ad Traditionem Ecclesiasticam, adeoque ruet primarium fundamentum.

7. Cum iis, qui simpliciores sunt, non multum altercandum est, sed potius hortandi sunt, ut per orationem commendent negotium hoc, rogentque, ut veram fidem eis ostendere dignentur, si legere possint, libellus aliquis controversisticus simpliciter lo scriptus legendus offerri poterit, quales sunt. *Der Wegweiser der Schilt des Glaubens / die Catholische Gespräch P. P. P. meri & similes.* Præterea verò suavia & amica colloquia cum ipsis instituentur, in quibus ostendatur illis discordia inter Hæreticos & contradictiones ipsiusmet Lutheri & Calvinii, &c. exponuntur etiam aliquot motiva credibilitatis pro rudi plebe accommodata, qualia sunt Martyria tot ac tanta pro Christiana Fide tolerata; tot tamque docti Viri ab Hæresi ad nostram Fidem transeuntes; tam mirabiles Conversiones, tam admiranda miracula in confirmationem Fidei nostræ patrata; &c. Tantum jacto hoc semine non cesset in suis precibus & Sacrificiis Deum precari, ut, si è divina ejus gloria fuerit, optatum conatibus tantum successum ac fructum largiatur.

§. 2.

Quomodo cum Communitate agendum.

1.

Præferat Sacerdos ea, quæ majoris sunt momenti; unde præcipue excindendæ sunt hæreticæ pravitates, dein blasphemandi consuetudo; tum capita vitiorum obstruenda, ut luxuriæ in concubinis, avaritiæ in usuris, &c. insuper frequens usus Sacramentorum introducendus; plantandus Dei timor cum fiducia, commendandum orandi studium, jungenda puerorum & rudium institutio.

2.

Communia privati anteferenda; hinc Episcopis, Magistratibus que præ aliis subveniendum, hisque reverentia debita exhibenda; nam his benevolis omnia poterit Sacerdos; habebit, qui eum defendant; pauciores erunt, qui oppugnent vel impediant; vigorem ab his tanquam à capite in cætera membra derivabitur.

3. A

Allahoret
det quoque
ctet, non pre
reverentiã
culset onera.

Salutand
libellis piis,
tribulatione
potationibus
vel minutu

Quo

Danda
teris.

Studendu
suos, & reli
ces examine
niolo, ut al

Ut suos f
cum & Con
taverint, p
negligentio

Ut otium
tempus pro
ment per tal
ram, quin p
augendam
mè, despicit
D. Paulo 1.
ficam augè

Emende
colloquia p
tiones, & si
nentiã moe
se deprehe

3.

Allaboret, ut mutua inter Magistratus & cives ſit unio animorū; det quoque operam, ut Magistratus ſuos ſubditos humaniter tractet, non premat aut vexet, &c. Civibus verò inſtillet amorem & reverentiam ac promptam obedientiam erga ſuos Magistratus, excuſet onera, ſi quæ fortè ob neceſſitates injungerentur.

4.

Salutandi ſunt, & humaniter tractandi cives, donandi ſubinde libellis piis, ſubinde etiam viſitandi, maximè, ſi in aliqua gravi tribulatione ſint conſtituti. Abſtinendum tamen à longis computationibus, quia per has omnis authoritas Sacerdotis perditur, vel minuitur.

§. 3.

Quomodo cum patribus familias agendum.

1.

Danda conſilia de bene educanda juventute, maximè in literis.

2.

Studendum: ut curam habeant institutionis Chriſtianæ, liberos ſuos, & reliquam etiam familiam mittant ad Catechiſmum, reduces examinent, & eos, qui meriti ſunt, remunerentur aliquo præmio, ut alii quoque excitentur.

3.

Ut ſuos ſervos, ancillas, liberos diligenter diebus feſtis ad Sacrum & Concionem mittant, & ex redeuntibus quærant, quid notaverint, puniant ſubtracto uno ferculo vel potu, aliove modo negligentiore.

4.

Ut otium domo eliminent, ſuoſque bene occupent, ita tamen, ut tempus pro Sacro, precibusque fundendis concedant; neque exiſtiment per tale otium quidquam decrementi tem domesticam paſſuram, quin potius certò ſibi perſuadeant, multum ipſam hoc medio augendam; nam lucrum, quod propter virtutes, religionis maximè, deſpicitur, per virtutes melius recuperatur. Certè, ſi pietas, teſte D. Paulo I. Tim. 4. ad omnia utilis eſt, quidni etiam ad rem domesticam augendam & conſervandam?

5.

Emendent, & tollant ludos inhoneſtos, ebrietatem, laſciviam, colloquia prava, juramenta, blaſphemias, imprecationes, & contentiones, & ſimilia peccata, decreta certâ poenâ pecuniariâ, vel abſtinentiâ modicâ iis, qui sæpius horum peccatorum aliquod amiſiſſe deprehenſi ſunt.

Commendet illis lectionem libellorum piorum, recitationem Litaniarum B. V. à collecta familia ante somnum; pauperum amorem; cultum Sanctorum; & B. V. maximè proſtent, ſubmotis inhonestis, Imagines piæ Chriſti paſſi Crucifixi, B. Virginis Sanctorum, &c. Hæ lecticis etiam ſint affixæ, ut occasio ſit ante cubitum eas venerandi. Curent, ut non deſit aqua Benedicta, eaque reverenter ac piè, tum ipſi utantur, tum etiam ad eundem uſum domesticos hortentur: Dent operam etiam, ut ſinguli è familia agnis cereis de collo pendulis, roſariis, libellis precatiorum ſint inſtructi.

Suadeat Patribus familias, ut non ipſi modò uni alterive Congregationi (pluribus enim dare non expedit, quia ob domesticorum negotia ſatisfacere tot legibus non poſſunt) dent nomina, ſed authores etiam ſint domesticis ad idem faciendum, ſuisque temporibus eos ad conventus mittant. Ad Confessionem & Communionem, cum leges exigunt, peragendam hortentur, atque, ut tantum majorem ipſis animum ad hæc SS. Myſteria frequentanda conciliant, liberalius non nihil in menſa eos illo die tractent; tandem verò etiam manè noſtisque illis tempus ad preces ex præſcripto Congregationis peragendas concedent, ſuoque exemplo eos ad hoc religionis opus excitare ſtudeant.

Summoperè illis concordiam mutuam non modò cum uxore ſervandam, ſed inter ipſos etiam domesticos procurandam commendat, atque ob id frequenter illis in memoriam revocet tum illam ſancti Spiritus ſententiam, Prov. 17. *Melior eſt buccella ſua cum gaudio (& pace) quàm Domus plena victimis cum jurgio;* tum tum illud proverbium: *Concordiâ res parva crescunt, discordiâ etiam maxima dilabuntur.* Eundem in finem proderit etiam narratiſſimum illud Sciluri Scytharum Regis factum, qui è vitæ diſceſſurus, ſeptuaginta, quos habebat filios convocavit, ſingulisque faſciculum 70. ſagittarum colligatarum obtulit, frangereque juſſit; quòd cum nequirent, ſingulos ſingulas ſagittas accipere conſringere juſſit, quòd cum ſine labore præſtitiſſent, ſubjecit ita & *veſtra potentia, ſi conjuncti per concordiam manſeritis, à nemine frangetur aut ſuperabitur; ſecus, ſi per discordiam à vobis ipſis diſi fueritis.* Media quoque ad concordiam hanc tantoperè illis neceſſariam conſervandam accommodata ſuppeditet; maximè verò radices diſcordiarum prudenter indaget, modumque eaſdem evellendi cum charitate oſtendat.

2
Hoc con
re ſingu
ſi optatum ex
poterit, ſi qua
re, quædam v
In genere i
ribus converſ
viter cum iſſo
tas, vel charit
meſticis grat
hos caſus ſi c
ſic periculu
Secundum
quentibus co
verſatio inſti
neque inter d
lent. Locus ve
frequentia va
hibeantur, ne
cogatur: Qu
Manus quoq
mi, aut oſcul
admittantur
non rarò acu
laborem evel
cium aliquen
oportet, aud
Tertium e
tius, quàm f
lem quendam
relis & lachry
tiam; jubea
dederint. 3.
gant, ſed po
que hæc circ
magis deſcer

Quomodo
Hæc con
tutes

§. 4.

Quomodo cum mulieribus agendum.

HOc conversationis genus, si ullum aliud periculosum est, quare singulari: cautela atque prudentia adhibenda est Sacerdoti, si optatum ex eo fructum referre velit. Porro hunc fructum sperare poterit, si quædam circa conversationem cum mulieribus in genere, quædam verò in specie cum certis personis observet.

In genere itaque tria diligenter observabit Sacerdos cum mulieribus conversaturus extra Confessionem. Primum est, ut rarò *Exbrevier* cum iisdem agat, & quidem tunc tantùm, quando vel necessitas, vel charitas, vel specialis utilitas id exigere videbitur, idque domesticis gratum futurum potius, quàm onerosum credetur. Extra hos casus si cum iis agere præsumserit, meritò timere poterit, nè sicut periculum amavit, etiam pereat in illo.

Secundum est, ut *cautè* cum iis agat. Hæc porro cautela in sequentibus consistit. 1. Ut tempore & loco convenienti hæc conversatio instituat, id est, non manè admodum, aut serius vesperti, neque interdum tali tempore, quò non omnes ire ad eum locum solent. Locus verò resecratus non sit, neque obscurus, aut ab hominum frequentia valde remotus. 2. Ut oculi ab earum fixo aspectu cohibeantur, nè exclamare finitâ conversatione cum dolore Sacerdos cogatur: *Oculus meus depredatus est animam meam meam.* Thren. 3. Manus quoque non facillè illis porrigantur, multò minùs comprimantur, aut osculis honorari permittantur. 3. Ut munituscula non facillè admittantur, aut vicissim ipsis offerantur; relinquunt enim hæc non rarò aculeum, qui neque post longum tempus, magnumque laborem evelli ex animo potest. 4. Ut, quantum fieri potest, socium aliquem secum habeat, qui cum videre, non autem, quæ non oportet, audire possit.

Tertium est, ut *Prudenter* cum iis agat: Hinc 1. se severum potius, quàm familiarem exhibeat; abstineat à blandis verbis carnalem quendam affectum redolentibus. 2. Non facillè credat querelis & lachrymis foeminarum; sed potius adhortetur eas ad patientiam; jubeat inquirere, num causam injuriæ, &c. verbenusque dederint. 3. Non habeant fidem, si revelationes & devotiones fingant, sed potius ad observationem mandatorum DEI hortetur. Atque hæc circa mulieres in genere observanda sunt, nunc ad specialia magis descendendum est.

Quomodo agendum cum mulieribus conjugatis.

HÆc conversatio duas continet partes: Prior est, ut ad vires statui ipsarum convenientes eas horretur, posterior

est, ut contra tentationes ipsis proprias apta quædam remedia præscribat.

Virtutes ergo uxorum quod attinet. 1. Vehementer ipsis commendabit puram intentionem, ut videlicet finem illum, quem conjugata quæque mulier præfigere sibi deberet, obtinere laborent; autem finis est, ut marito sint adiumento in filiis generandis, nutriendis, & educandis, & per hoc debitum amorem & obsequium Deo exhibentes salvæ fiant. Hunc finem indicavit Sapiens Prov. c. 32. dum dixit de muliere illa provida. *Quæ servit lanam & lino, &c.* per lanam enim externa bona & corruptibilia, per lino verò interna & incorruptibilia seu æterna indicantur.

2.

Hortetur illas ad insignem vitæ integritatem & verecundiam, hæc enim virtutes sunt vestis illa, quam sapiens mulier l. c. sibi fecit, uti Salomon indicavit, dum dixit, *Byssus & purpura indumentum ejus*, ubi per Byssum propter candorem intelligunt Interpretes, innocentiam vitæ, per purpuram verò verecundiam propter colorum rubrum, Certè si sic quærant regnum Dei & justitiam omnia reliqua, quæ ad se ac familiam sustentandam sunt necessaria, copiosè adjicientur.

3.

Moneat, ut etiam atque etiam imitari studeant jam sapius commemoratam mulierem sapientem, quæ consideravit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit. Ad hujus ergo exemplum otium diligentissimè fugiant, eumque in finem sapius considerent, quæ tum interiori suæ domui, animæ scilicet; tum exteriori, videlicet familiæ desint, eaque omnia sollicitè, & opumo, quo possunt modo, procurare studeant.

4.

In memoriam illis revocet illam S. Pauli sententiam ad Eph. c. 5. *Sicut Ecclesia subdita est Christo, ita mulieres viris suis in omnibus*. Hortetur itaque illas, ut, sicut Ecclesia triplici potissimè obsequium suum erga Christum amorem probat, scilicet reverentiâ, obedientiâ, patientiâ; Ità his ipsis tribus officiis ipsæ quoque suos maritos demereri studeant.

5.

Singulariter illis commendet domesticorum, & liberorum maxime curam, horteturque ad exemplum mulieris sapientis omnia suos domesticos duplicibus vestiant, id est, ut tam in virtutis, quam in aliarum artium aut munerum, quibus alere quondam sese debent, studio eos perficiant.

Non minus in muliere sapientia, & lino, &c. illas, ut singulas, ut in quædā ordine potestatem perducere terram, id est

Suadeat, ut suos, & roborem matrimonii junctim & in ho-

Denique commendent, ut aperiant inopiosam domum, copiosam domum, ut promissum certam, &c. Luc. 6. Has verificabitur Surrexerunt f. laudavit eam portis Opera ejus

Tentatio minus, & gratia, vel violentia, hanc tentationem assiduè Deum imitatur prudenter, 2. Suadeat, ut illos ostendat se speciali a mandata preceptorum erga quod volens Suadeat, ut etiam postea ipsæ illum

6.

Non minus illis commendat imitationem illius virtutis, quam in muliere sapiente Salomon laudavit, dum dixit: *Os suum aperuit sapientia, & lex clementia in lingua ejus.* Prov. ult. Hortetur itaque illas, ut singulari studio taciturnitati studeant, & domesticos mansuetudine potius, quàm imperiis duris atque verberibus ad officium perducere studeant; nam mitibus promisit Christus, quod terram, id est, homines suæ curæ commissos possessuri sint.

7.

Suadeat, ut cum sapiente muliere accingant fortitudine lumbos suos, & roborent brachium suum, ad plurima incommoda, quæ matrimonii jugum secum ex omni parte affert, toleranda; alioqui enim & in hoc, & in futuro seculo miserimas futuras.

8.

Denique misericordiam erga pauperes specialiter etiam commendat, ut videlicet & ipsæ cum muliere sapiente manum suam aperiant inopi, & palmas suas extendant ad pauperem; sic enim copiosam domui benedictionem obventuram, juxta illud Servatoris promissum: *Date & dabitur vobis: Mensuram bonam & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.* Luc. 6. Has profectò virtutes si comparate studuerint uxores, verificabitur de illis, quod Salomon de muliere sapiente narrat: *Surrexerunt filii ejus, & beatissimam predicaverunt; vir ejus, & laudavit eam: date ei de fructu manuum suarum & laudent eam in portis Opera ejus.* Proverb. ult.

Tentationes uxoratarum ad tria ferè genera revocantur. *Primum*, & gravissimum ferè est, quod ex maritorum vel severitate, vel violentia, vel negligentia, aliisque vitiis nascitur. Contra hanc tentationem sic eas muniat, & 1. suadeat, ut pro maritis suis assiduo Deum, in cuius manu sunt corda hominum, precentur imitata prudentem Abigail, quæ marito suo iratum David placavit. 2. Suadeat, ut non in quotidianis duntaxat obsequiis valde diligentes sint, sed extraordinaria charitatis officia erga illos ostendant. v. g. cibos valde bonos præparent, dicantque se speciali affectu erga maritum illos præparasse, omnia verò mandata promptissimè exequantur, &c. sic enim amor maritorum erga ipsas crescet, & sub tempore occasio dabitur, id quod volent, impetrandi, uti in Estheris exemplo patet. 3. Suadeat, ut, dum maritus ebrius aut iratus est, taceant; imò etiam postero die ab ipso veniam precentur, non aliter, ac si ipsæ illum ostendissent; talis enim dissimulatio & patientia mirè illis

illis mentem mariti devinciet. Certè in plerisque conjugii causa potissima discordiarum est, uxorum garrulitas arque impatientia, uti ingeniosè indicavit Medicus ille, qui uxori quam maritus quotidie verberabat, medium petenti, vasculum naturali aquâ plenum obtulit, jubens, ut marito irato, hæc aquâ impleret, & tamdiu retineret, donec marito ira deferveruisset, sic enim futurum, ut nunquam vapularet, quod factum est. Idem indicavit prudenter chirurgus ille, qui dum ad uxorem vulneribus plenam vocatus esset, primo loco emplastrum ori, nullum alioqui vulnus habenti, applicare voluit, causamque rogatus, respondit, frustra se reliqua vulnera curaturum, nisi hoc foramen prius obstruxisset & sanasset. 4. Suadeatur, ut dum mariti signa quædam amoris erga ipsas ostendunt, occasionem capient, & suavibus verbis rogent, ut deinceps ab hoc velle illo scelere abstineant, ut patienter ferant suos (uxorum) errores, se quoque, si hoc impetraverint, paratissimas ad omnem ipsorum nutum & obsequia fore. Caveant autem, nè unquam maritos aut increpent, aut cum ipsis litigent, aut omninò manibus certent, nam sic magis in consuetudine eos roborant, atque ad odium & rancorem majorem excitabunt. 5. Si hæc nihil proficiant, suadeatur illis, ut Parochum, vel Virum religiosum adeant, eumque rogent, ut eam marito suo agere, aptisque mediis prudentes applicatis, ad frugem reducere studeant; Ipsæ verò intereà negotium hoc DEO commendent, proque felici ejus successu Communiones aliquot, vel eleemosynas, aliaque opera offerant. 6. Si neque hoc remedium efficax fuerit, ad patientiam hortetur, suadeaturque, ut ex malo tanto fructum bonum meritorum in cælo ingentium extrahere studeant, nè alioqui & illis obijci possit, quod S. Job sua uxori objecit, & dici: *Quasi una de stultis mulieribus egisti? bona de manu Dei suscepisti, mala quare non suscipias?* Profecerunt enim stultè agunt uxores, quæ impatienter ferunt tales miseriae, quia sic & gravius ferunt crucem, & in altera vita nil nisi gravissimas pœnas expectare ex ea possunt, cum tamen per patientiam potuissent crucem hanc leviozem reddere, & simul ingens in cælis præmium mereri.

Secundum genus tentationis provenit ex liberorum & aliorum domesticorum corruptis moribus. Contra has tentationes sic eam munit Sacerdos. 1. Doceat illas, non nimis graviter apprehendere errores subditorum & liberorum, sed potius considerare eos, ut cæcos, ut ægros, quibus minimè irasci, sed cum charitate & condolentia media applicare solemus. 2. Suadeat, ut non quodlibet

errores mox
qui piscis mi
Revocet illi
ostendit; &
tamen quàm
mox Pœnam
essetis? Si erg
potestis, ut e
liberis vestris
ut cum mans
ut S. Prosper
querentiam ea
inreparationem
Plurumque qu
condimenta co
ari, quòd pri
tur, subinde
ipsæ primò fa
emendatione
bilent faciem
hoc sufficiat
quando etian
ant, & tander
mine virgaru
errorem & str
subditos igno
imprecantur.
emendare vo
nus videlicet
atque ad eò si
reficeret, 20.
curaret, leth
cer, ut parens
omnibus bon
aut qui seip
seipsum vuln
sto Matth. c.
dum lucretur.
las, ut, si post
sem totam D

errores mox puniant, ſed minores diſſimulent, exemplo piſcatorum, qui piſcis minoris jaſturam contemnunt, ut majorem lucrentur. Revocet illis in memoria Dei miſericordiam, quam erga ipſas oſtendit; & indicat: Ecce, an non vos quoque eſtis filiae DEI? & tamen quam parum impletis mandata illius? ſi quoties peccatis, mox Pœnam injungeret, quoties jam in Purgatorio, aut inferno eſſetis? Si ergo vos, quæ ratione polletis, à vobis ipſis impetare non poteſtis, ut efficiamini tales, quales eſſe deberetis, quantum minus à liberis veſtris, ratione deſtitutiſ hoc exigeris? 3. Hortetur illas, ut cum manſuetudine potiùs, quàm ſeveritate eos corrigant, nam ut S. Proſper l. I. de vita contempl. ait: *Leniter caſtigatus exhibet reverentiam caſtiganti, aſperitate autem nimia increpationis offenſus nec increpationem recipit, nec ſalutem.* Et ut S. Greg. in paſtor. c. 35. ait: *Plerumque quos Cruciamenti non corrigunt, ab iniquis actibus lenia condimenta compeſcunt.* Jubeat ergo eas in correptione cœlum imitari, quòd primò faciem ſerenam exporrigit; tum nubiloſum efficitur, ſubinde tonat, mox fulgurat, & tandem fulminat; ſic itaque & ipſæ primò faciem hilarem & ſerenam exhibentes, blandis verbis ad emendationem alliciant; ubi hoc medium nihil profecerit, obnubilent faciem, & diſplicentiam circa errorem oſtendant; ſi neque hoc ſufficiat, tonare incipiant, verbisque intrepent delinquentes, quando etiam hoc non proficit, fulgura minarum emittant, & terrent, & tandem, ubi neque hoc medium efficax fuiſſe ſenſerint, fulmine vitægarum vel alterius inſtrumenti percutiant. 4. Oſtendat iis errorem & ſtultitiam, quam committunt, dum errantes liberos aut ſubditos ignominioſis verbis compellant, aut duriffima quæq; mala imprecantur. Nam I. contra charitatis ordinem faciunt; quia, dum emendare volunt parvum errorem, in majorem præcipitant, quatenus videlicet exemplo ſuo malo blaſphemare & imprecare docent; atque adeò ſimiles ſunt illi homini, qui ut unam fenestræ rotulam reficeret, 20. alias frangeret, aut parvum, qui, ut parvum filii vulnus curaret, lethale ipſe inſurgeret. 2. Etiam ſtulte faciunt, perinde ſcilicet, ut parens ille, qui, ut filium curaret, medio uteretur, ob quod omnibus bonis ſpoliari & morti adjudicari ipſe parens meretur, aut qui ſeipſum occideret præ indignatione, quòd filium leviter ſeipſum vulneraſſe videret. Meminerint ſententiæ illius à Chriſto Matth. c. 16. prolatae: *Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, anima verò ſua detrimentum patiat? 5. Admoneat illas, ut, ſi poſt frequentem correptionem videant, ſe nihil proficere, ſeu totam Deo commendent, & hanc filiorum inobedientiam &*

perniciam, tanquam tribulationem à DEO missam cum patientia & æquanimirate recipiant, & portent, non cessantes interea salutem & animas liberorum aut subditorum DEO commendare.

Tertium genus tentationis oritur ex sollicitudine, quam de filiis tum alendis, tum necessariâ dote instruendis habent. Contra hanc sic illas muniat Sacerdos 1. Hortetur illas, ut filios in timore Domini educant, & exemplo S. Tobiaë ab infantia faciant, timere Deum; Hanc enim solam esse optimam hereditatem, quam nemo liberis invitis auferre possit, & cum quovis nullum necessarium ad vitam mediorem defectum sint passuri; eâ enim si liberis instruxerint, audacter cum S. Tobiaë illos dicere ipsas posse: *Dilecta proles, pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.* Tob. 4. Ut enim Deus ipse per Psalmistam dixit: *Non est inopia timentibus eum* Ps. 112. 2. Jubeat illas considerare, quàm liberaliter Deus aves in aëre, pisces in aqua, feras in sylvis nutriet, quantò magis ergo hominibus pretioso ipsius Sanguine redemptis necessarium victum non negabit? 3. Jubeat item meminisse, quòd non tam ipsarum, quàm etiam DEI filii sint liberi earum; imò magis Deo ut qui corpus & animam dederit; si ergo ipse tantopere sollicitus sunt pro liberis, neque illos unquam fame perire sinerent, quantò major de talibus liberis cura ab ipso DEO expectanda erit? 4. Ostendat illis, quantum periculum & damnum liberis & sibi ipsis creent, si amplam nimis hereditatem parent; sibi quidem, dum interea salutem suam negligunt, & cœlestes divitias comparare negligunt, pro quo tamen ipso labore exiguas à liberis gratias referent, sed potius efficient; ut & in vita mortem ipsarum illi assiduò desiderent (quòd citius paratâ hereditate fruantur) post mortem verò convivia instituant, & turpem per decoctionem hereditatis notam parentibus mortuis inurant. Unde patet, quantum in periculum ipsi etiam liberi per tales hereditates conjiciantur, dum scilicet laqueus illis, quo animas suam æternam perituram suffocent, offertur, atque materia ad ignem vitiorum, & qui ex hoc oritur, etiam infernalem accendendum subministratur.

Quomodo

Is 4. pra
insignem
Christum pro
mentia, per qu
concilient. 2
familiares sint
quâ miserias,
ant; & hoc
siant. 4. Pru
um necessari
educare stude
Ceterum e
proinde arma
mariti morte
perito sperari
unde, si verè
ex carcere co
omni deliciis

Declaret e
in terris viver
quantò mag
partibus auct

Revocet i
longinquas i
miserint; qu
cum (nam
sunt sicut die
tempore tan
mè cum sper
gotia sua, & l

Ostendat
pulchriorem
lem, summe
Clarissimum ha
dacter cum
mibi deerit.

Quomodo cum viduis agendum.

His 4. præcipuè virtutes commendet Sacerdos, ſcilicet primò inſignem vitæ honeſtatem & integritatem, cum enim jam Chriſtum pro Sponſo habeant, meritò quærere debent illa ornamenta, per quæ ipſi magis placeant, ejusque amorem facilius ſibi concilient. 2 Inſigne ſtudium orationis; decet enim, ut Sponſo ſuo familiares ſint, & ab eo frequenter neceſſaria petant. 3. Patientiam, quæ à miſerias, quibus viduarum ſtatus refertus eſt, æquo animo ſentiant; & hoc velut aptiſſimo medio miſerias ſuas leviores ſibi faciunt. 4. Prudentem charitatem erga liberos & domeſticos, quæ cum neceſſaria illis provideant; tum in pietate ac timore Domini educare ſtudeant.

Cæterum etiam hæ ſuis tentationibus non carent, contra quas proinde armari eas oportet à Sacerdote. *Prima* tentatio oritur ex mariti morte, contra quam ſic eas munit Sacerdos. 1. Oſtendat, merito ſperari poſſe, maritum inter Electos annumeratum eſſe, proinde, ſi verè illum dilexerit, gaudere magis ipſas debere, quòd ille ex carcere corporis liberatus, & ab exilio revocatus in patriam omni deliciarum genere affluentem fuerit.

2. Declaret etiam illis, melius ſe proviſum iri à marito, ſi enim cum in terris viveret, tantà curâ uxori & liberis neceſſaria providebat, quantò magis in cœlis hoc facturum, ubi & charitas innumeris partibus aucta eſt, & major ad quævis impetranda facultas adest?

3. Revocet in memoriam, quoties viventem adhuc maritum in longinquas regiones negotiorum cauſa abeuntem ſine dolore dimiſerint; quidni ergo etiam jam ipſius abſentiam per diem unicum (nam mille anni coram Deo, & cum æternitate comparati, ſunt ſicut dies heſterna, quæ præteriit) æquo animò ferant, ut ſuo tempore tantò cum majori gaudio in cœlis iterum videant; maxime cum ſperare poſſint, in eum locum abiſſe maritum, in quo negotia ſua, & liberorum commoda optime procuraturus credatur?

4. Oſtendat illis, quòd loco mariti deſuncti infinitè ditioſiorem, pulchriorem, nobilioſiorem, ſanctiorem, & præterea etiam immortalem, ſummeque ſponſæ ſuæ amantem ſponſum, ipſum videlicet Chriſtum habere poſſint; ei proinde ſe deſpondeant, & tum audacter cum S. Davide Pſal 22. dicturas; *Dominus regit me, & nihil mihi deerit.*

Altera

Quomodo

*Alter*a tentatio ex ipso viduitatis statu & solitudine plerisque viduis perquam sanè molesta oritur, contra quam sic illas munit Sacerdos. 1. Declaret, quantam curam se de viduis habiturum promiserit Deus, nam Exod. 22. c. dicit: *Vidua & pupilla non nocentis; si laeseritis eas, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem earum. & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio.* Item. 22. præcipit: *Viduam nolite contristare.* Matth. 23. c. *Vae vobis Scribae & Pharisei hypocrita, qui domos viduarum comeditis.* Psalmista Ps. 145. de eo dicit: *Pupillum & viduam suscipiet.* Ps. 67. *Pater Orphanorum & iudex viduarum vocatur, ut innuat, se speciali ratione viduas defenditurum.*

2.

Illis ostendat, quam fideliter Deus promissis steterit, & quantum iam olim curam de illis habuerit; in eumque finem ob oculos illas ponat viduam Sareptanam 3. Reg. 17. ab Elia adjutam.

Alteram item, cui Elisæus 4. Reg. 4. per olei multiplicatione subvenit. Nohemi viduam singulari benedictione imperterritam Ruth. c. 1. Viduam, cujus filium Dominus à morte suscitavit Luc. 7. Annam filiam Phanuelis, quam Prophetico Spiritu domavit, & quam tanopere à S. Luca c. 2. laudari voluit. Viduam quæ duos obolos in Gazophylacium misit, præ aliis omnibus laudem datam, Marc. 12. c.

3.

Proponat in exemplum viduas illas, quæ, cum possent, nubere noluerunt; quales, sunt Paula Romana; Blefilla ejus filia; Melania, quæ marito nondum sepulto viduitatem suam Domino consecravit; Euphrasia, quæ licet ætate florida, & divitiis affluens & ab ipso etiam Imperatore rogata, ut secundas iniret nuptias, constanter abnuvit, & in Thebaidem se contulit; Elisabetha Regiæ Ungariæ filia, quæ totam se post mariti mortem pauperibus infirmis curandis impendit; Olympia Constantinopolitana vidua, quæ cum per annum & dimidium duntaxat virum habuisset, & Imperatore Theodosio moneretur a'ium accipere, respondit: *Si Dominus voluisset, me viro nuptam esse, non tam cito me illo orbasset, quia ego agnovit, non amplius expedire mihi Conjugium, conjugium abstulit.*

4.

Revocet in memoriam illis incommoda matrimonii, & durum vinculum, ob quod ablatum gaudere deberent potius, quam in statu stari; meminisse quoque lubeat illius dilemmatis, quo vidua quædam Romana usa est, dum dixit: *Aut futurus mihi maritus bonus accipiet verum*

malus est: si bonus, vexabit semper timor mortis illius; si verò malus, expedit mihi magis malum hoc non experiri.

Tertia tentatio provenit ex sollicitudine de victu sibi & filiis procurando; contra hanc munit eas, partim iis mediis, quæ supra pro simili tentatione conjugatarum atuli; partim verò etiam iis, quæ infra contra pauperum tentationes afferentur; specialiter verò hic proderit in memoriam revocasse illam historiam de vidua, quæ duas filias, quas alere jam non poterat, ad aram B. V. duxit, eique omne in illas jus maternum transcripsit. Quo facto vix egressæ templo sunt, cum obvius illis juvenis factus plenum pecuniâ marcipium offert, seque patri eorum mortuo has pecunias debere asserit. Accipit pecuniam læta mater, & ex ea vestem filiabus honestam confici curat; cum autem vicini ita vestitas viderent, & talem pecuniam ex quæstu impudico comparatam suspicarentur; mater de infamia filiarum sollicita ad templum properat, & B. V. hanc necessitatem commendat; & sanè iterùm auditæ sunt preces. Nam die quodam festo, dum filię ante domum sedent, adest de cœlo angelus, & in conspectu multorum rosas virginibus tradit, dicens, rosas ab ipsa um cœlesti Matre in testimonium illæ sæ virginitatis missas fuisse. Id ubi Princeps illius terræ intellexit, geminum monasterium ædificavit, & utrique has virgines præsisse voluit. *V. Spec. Temp. d. 9. ex. 117. fol. 638.*

Quomodo cum Monialibus sit agendum.

Ante omnia conetur his Sacerdos persuadere, ut illam S. Bernardi sententiam: *Ad quid venisti?* ob oculos semper habeant, ideoque generosè mundo valedicentes, solum Christum Sponso eligant, certoque sibi persuadeant, quidquid sponsa in Sponso suo vel exoptare possit, id omne illas in Christo infinities perfectius reperire; ideoque meminisse eas jubeat sententiæ illius à S. Paulo 1. ad Corinth. c. 7. prolata: *Qua nuptia cogitat qua mundi sunt, quomodo placeat viro; & mulier innupta, & virgo cogitat qua Domini sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu.* Audiatur ergo & implere studeant consilium in simili negotio datus à S. Augustino de bono viduitatis datum, dum ait: *Carere ad illum; placere illi ex illo; vivere cum illo, in illo, de illo.* Accipiuè verò illas hortetur ad magnam corporis, animiq; integritatem.

tatem, ad Orationis studium, ad obedientiam, modestiam & patientiam; hæ enim virtutes maximè sponfam Christi continent. Porrò tentationes ipsarum ad quatuor ferè species revocari possunt.

Prima oritur ex solitudinis religiosæ tædio; contra hanc scilicet illas muniat. 1. Proponat illis exemplum avicularum inclusarum quæ initio quidem solitudinis impatientes exitum ubique sollicitè quærunt, sed paulò post solitudini assuetæ adedè delectantur illâ, ut neque aperto etiam ostio exeant; idem ergo ipsas revocare tantò certius jubeat, quanto fortior est gratia divinâ, quæ consuetudo.

2.

Revocet illis in memoriâ, quomodo pleræque uxores in sacro solitariæ domi resideant, & intereâ mille crucibus & curis onerata gemant, & felices virgines Deo consecratas & inclusas prædicant gaudeant ergo illæ, sibi obtrigisse felicitatem, quam aliæ tantopere expetunt, neque tamen obtinere possunt.

3.

Ostendat illis peculiaris favoris indicium hoc esse, quòd Deus ita illas incluserit; ut enim venatores accipitri oculos obvelant, nè viliores prædam infectatus, nobiliorem dimittat; ita Deus obvelat oculos mentis & corporis monialibus, nè videant & amittere omittant. Sicut item imagines elegantes & altaria velis obvelant, nè sordibus infectæ splendorem suum & pulchritudinem amittant; ita Deus Moniales vult obvelatas esse, ut tantò pulchrius ipsarum anima, puriorque remaneat, aptaque fiat ad Sacrificium Holocæusti in ea offerendum.

4.

Meminisse jubeat, quid Sponsus ipsarum per Oseam c. 2. dixerit: *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus.* Si enim in solitudine JESUS est, & esse cum JESU Paradisus est; cur solitudinem horreat Christi Sponsa? Audiant ergo Thomam de Ratis pis lib. 1. c. 20. sic loquentem: *Si cuncta videres presentia, quid nisi visio vana? Eleva oculos tuos ad Deum in excelsis; & oratione peccatis tuis & negligentis, Dimitte vana vanis, tu autem intende quæ tibi præcepit Deus. Claude super te ostium tuum, & voca ad te solum dilectum tuum, manè cum eo in cella, quia non invenies alibi tantam pacem.*

Secunda tentatio oritur ex defectu temporis ad orationem quandoque verò ex consolationum, quas sub precibus sentire contumunt carentia. Contra hanc sic illas muniat. 1. Ostendat illis

, modestiam
am Christi
species revoc
tra hanc sic
um inclusar
n ubique fo
deo delectat
ergo ipsas
a divinā, qu

uxores in sac
& curis one
ulas prædic
a aliā tantop

te, quòd D
culos obvela
itat; itā D
videant & am
ltaria velis ob
pulchritudin
tantò pulchr
at ad Sacrifici

Oseam c. 2.
r ejus. Si e

disus est; cur
nomam de R
sentia, quid e
elsis; & ora
ntem intende
& voca ad te
rvenies alibi

ad oratione
bus sentire
ostendar illis

lorem esse & gratiorem Deo obedientiam, quàm victimas ora-
tionis & sacrificia laudis. Certè quemadmodum servus in vinea
aborare jussus, si Domino suo domi suaviter canere, vel cytharā
audere vellet, minimè gratum obsequium ipsi præstaret; itā nec
hominis grata Deo oratio esse potest eo tempore, quo Deus aliud
ab ipso obsequium petit. Doceat præterea, ipsum opus obedi-
entiae orationem esse; sic enim S. Augustinus super Psal. 150. Cùm
quæsiisset, quomodo res ratione carentes à S. David ad laudandum
Deum invitatae laudare ipsum possint? respondit, in eo, quòd ipsi
obedientes sint, & suos effectus ad nūtum ipsius producant: undè
subjicit S. Doctor: *Vis semper laudare Deum? benè fac omnia, &
laudasti Deum.*

Insuper firmiter illis persuadeat, ipsas consolationes, quas in ora-
tione sentiunt, si propter obedientiam relinquuntur, per obedi-
entiam melius recuperari, si enim gaudium est in hoc mundo, hoc
utique possidet puri cordis homo; quis autem cor purius & me-
liorem conscientiam habet, quàm is, qui in omnibus Dei volun-
tatem se implevisse advertit? Nimirum talibus contingit, quòd illi
Moniali, quæ cum Christum, qui ipsam visitaverat, ad portam vo-
cata dimisisset; rediens adhuc invenit, dicentem tamen, se abiturum
fuisse, nisi ipsa, quo obedientia vocaverat, abiisset.

Suadeat ergo illis, ut in mensura orationis S. Tobiaë consilium
sequantur, ad filium suum, in alia licet materia, dicentis: *Si multum
tibi fuerit, abundanter tribuas; si exiguum tibi fuerit, etiam exi-
guum, libenter impertiri stude.* Tob. 4. Quòd ipsum etiam Christus
S. Catharinæ Senensì indicavit dicens: *Sanctum desiderium animæ
(seu bona voluntas) continua oratio est, quia habet virtutem oratio-
nis. Et quidquid homo in Dei proximis charitate facit, pot. st. vocari
oratio, cum charitatis affectus pro oratione reputetur.* Blofius in Monil.
pir. c. 3.

Secundò illis, quæ desolationes in oratione patiuntur, firmiter
persuadere conetur, in his sensibilibus consolationibus non consi-
tere profectum & perfectionem hominis, sed potius in integra re-
signatione sui in manus Dei; multoque gratiores Deo, chariores-
que esse animas, quæ desolationes patiuntur & ariditates, quàm
quæ consolationibus avidè inbiant. Quòd pulchrè aliquando
Deus personæ cuidam desideranti scire, quænam animæ Deo cha-
rissimæ essent, declaravit sequenti viso, ut in Speculo exempl.
V. Tribulatio ex. 6. videre est. Viderat illa persona Christum ad
altare stantem, & infra tres Moniales flectentes. Ad harum pri-
mam accedens Christus, suaviter eam allocutus est, & postea SS.

Corpus

Corpus suum tradidit. Subinde ad alteram progressus, duris verbis, & torvo aspectu eam castigavit, simulque etiam SS. Corpus suum porrexit. Tandem ad tertiam pergens, non verbis tantum sed etiam verberibus eam plurimis afflixit. & tum demum SS. Corpus suum præbuit. Cum autem persona illa hujus visus explicacionem peteret, respondit Christus, primam quidem Monalem charam esse, sed quia non nisi consolationes appetit, non esse eam tam charam ipsi, ac secundam, ut quæ etiam durius ab ipso tractata, ab ejus servitiis non desinat; veruntamen, quia, si graviores essent tentationes, animo & proposito deficeret, ideo tertiam charissimam esse, ut quæ nullis adversis rebus sese ab ejus amore & servitio permittat abstraheri.

Item etiam alteri Religioso indicavit Deus, uti ex fide digna relatione habetur; dum ostendit ei duos Religiosos orantes, quorum alter coronam proximè capiti imminentem habebat, ab altero vero vertice similis corona plurimum adhuc distabat. Cuius ergo Religiosus ille utrumque ad se vocasset, & interrogasset, quænam illis oratio successisset? respondit prior, pessimè eam sibi successisse, & aridissimum se fuisse; posterior vero dixit, nunquam se copiosiores consolationes sensitse. Quo audito intellexit Religiosus, qui hæc viderat, priorem multò plus suâ oratione amoveruisse, quàm posteriorem. Poterit etiam ad hanc rem melius declarandam uti similitudine canum venaticorum, qui utique gratiores sunt suis dominis, quàm Melitæi catelli, licet his citè longè meliores offerant, & manibus palpentur. Ità se res habet cum iis, qui abundant, & qui carent consolationibus. Hinc quando Dominus ad S. Gertrudem dixit, *Blosio teste in Mon. Sp. c. 3. Vellem Electis meis persuasum esse, quòd eorum bona Exercitia & opera omnino mihi placeant, quando ipsi servantur expensis suis, & tamen autem expensis suis mihi servitium præstant, qui licet saporem devotionis minimè sentiant, fideliter tamen, ut possunt, orationes, & exercitia pia peragunt, confidentes de pietate mea, quòd ego illa libenter & gratè suscipiam. Plerique sunt, quibus si sapor & consolatio eterna concederetur, non eis prodesset ad salutem, & meritum ipsorum valde minueretur.* Aliàs docuit Deus eandem Virginem, ut insinuat. ejus legitur, quòd cum quispiam orando, vel meditando dirigit mentem ad Deum; tunc ante thronum gloriæ præsentem Deo quasi speculum miri splendoris, in quo Dominus bonorum omnium immissor, imaginem suam jucundissimè speculatur; quando homo propter impedimenta, cordisque instabilitatem majori difficultate hoc facit, quantò gravius, & patientias lib

et. tantò spe
um venustiu
modicè pro
spirituali nar
per internam
si ei placere
minus subtra
que consolati
atibus. Et e
consolari vell
abundè sibi su
se coram De
Tertia den
mari, ideo qu
reprecationib
Proponat e
tam vivens

Jubeat me
e, ut eligere
tabernacul
finis sui ob

Demonstre
e sumere à v
om, qui offi
in comed
tam bene.

Ostendat il
oribus. Na
træmii per e
Deo bened
iores requ
ores. 6. P
rè per ea a
qui se ipsi s
iores valde r
qui suscipere
abditos offer
ambiant illa

tantò speculum illud venerandæ Trinitatis, omniumq; Sancto-
rum venustius atque ornatus apparet. Denique ad hunc finem non
modicè proderit historia illa, quam cit. Ludovicus Blosius in Monili
spirituali narrat sequentibus verbis: Deus cuidam amico suo mira
ter internam illuminationem revelabat; sed is orabat Dominum,
ut si ei placeret, auferret ab ipso huiusmodi gratiam. Itaque Do-
minus subtrahit illà gratià, per quinquennium deliquit eum abs-
que consolatione in magnis tentationibus, angustiis, atque calami-
tibus. Et eum aliquando vehementer fletet, & duo Angeli eum
consolari vellent; dixit ille. se nullam consolationem petere, sed
bundè sibi sufficere, si gratissima Dei voluntas in se perficeretur, &
ipse coram Deo purus intrinsecus esse, & eique placere posset.

Tertia tentatio oritur ex eo, quòd à Superioribus non videantur
mari, ideoque non applicantur ad honorifica officia, sed perpetuis
deceptionibus vexentur. Contra hanc tentationem sic eas muniat.
Proponat exemplum Christi, qui usque ad 30. annum obscuram
vitam vivens, subditus erat parentibus suis.

2.

Jubeat meminisse ad quem finem venerint in Religionem? non-
ne, ut eligerent abjectæ esse in domo Dei sui magis, quàm habitare
in tabernaculis peccatorum? gaudeant ergo sibi occasionem offer-
entis sui obtinendi, & eà sedulò utantur.

3.

Demonstret illis, omnia officia suam dignitatem & excellentiam
sumere à voluntate DEI, illumque à Deo copiosius honoran-
tum, qui officium ab eo impositum perfectius impleverit, perinde
ac in comoedia non attenditur, quam personam egerit auctor, sed
quam bene.

4.

Ostendat illis commoda, quæ afferunt humilia officia præ al-
ioribus. Nam 1. minùs periculi in illis reperitur vanæ gloriæ, &
periculi per eam perdendi. 2. Purior est intentio; & hoc ipso major
Deo benedictio. 3. Minoribus talentis ad ea opus est. 4. Curas
minores requirunt. 5. Consolationes divinæ in iis sunt frequen-
tiores. 6. Proximus magis inde ædificatur. 7. Charitas fraterna
magis per ea augetur & conservatur; omnes enim diligunt eos,
qui se ipsis subjiciunt, & onera pro ipsis portant. 8. Super-
iores valde recreantur, & multis curis sublevantur, quas alio-
qui suscipere deberent, dum timent, nè imponendo vilia officia,
subditos offendant. 9. Securius possidentur; quia pauci sunt, qui
ambiant illa.

d

5. De-

5.

Demonstret illis, nullam familiaritatem esse magni faciendam aut magis appetendam, quam cum Deo; ad hanc verò semper illi januam esse apertam. Hortetur ergo illas, ut in hac tentatione constitutæ imitentur Rachelem Monialem; quæ, cum à Judaïsmo ad veram Fidem conversa, nunquam in monasterio visitaretur cœteræ Moniales, reliquis ad portam gemitibus; ad altare cubuli sui accessit, & B. Virginem, aut Christum rogavit, ut & ipsi ea ad colloquium admitterent, magisque consolata discessit; quàm ad portam cum aliis fuisset locuta, uti in Spec. Exempl. V. MAX. ex 10. videre est.

6.

Hortetur eas ad imitandum exemplum S. Catharinæ Senensis quæ, ut levius ferret vexationes parentum & domesticorum, Christum in parente, B. Virginem in matre, in reliqua familia Apostolos sibi imaginabatur.

Quarta tentatio oritur ex vitiis & peccatis quotidianis, in quibus solent incidere; & ob quæ non modicè arguntur quandoque Moniales. Contra hanc ergo tentationem sic eas muniat.

1.

Jubeat illas meminisse conditionis humanæ, atque in memoria illis revocet dictum B. Aloysij; quo dicere solebat, nimium levibus & quotidianis erratis affigi, indicium hominis esse temerarij ignorantis: qui enim se norit, non posse esse nescium, hortum suum, tribulorum ac spinarum suapte naturâ feracem esse. Hinc ille versus errata quotidiana hæc oratione utebatur: *Eti mi Domine, quàm fragilis sum & miserabilis! quàm proclivis ad lapsum! Ignosce mihi Domine, & gratiam concede, nè idem peccatum iterum peccem. & tum quiescebat.*

2.

Persuadeat illis, quòd, quemadmodum infirmus tendens in cœlum locum, etiamsi sæpius ex infirmitate caderet; certò tamen niret ad locum, si post casum mox resurgeret: ita & animam, quæ tendit ad cœlum, certò eo perventuram, licet quandoque per peccata venialia labatur, modò resurgere citò conetur.

3.

Pari modo persuadeat illis; quemadmodum pater infanti suo ob morbum cadenti potius condolet, quàm indignatur; ita Deus quoque animæ ex infirmitate cadenti, non modò graviter non indignatur, sed potius condoliturum, mediæque ad infirmitatem curam

curandam
capit ex ta
cum eni
terque Ch
Et quare v
sarcres? n
similem de
docunq
bonoris &
strenue seip
nque prof

Higem
ex ip
illos Sacer

Propo
nich, c. 8.
olatum et
paupertatis

Revocet
um & sanc
miliores E
atam hanc
mina quæsi

Jubeat n
ergo actor
peret inde
premium c
per unicum
cant, & m

Ostenda
quantus est
curam

curandam suppeditaturum. Imò Deus singularem honorem accipit ex talibus erratis, uti ipsemet quondam S. Gertrudi dixit: Etiam enim hæc propter minutum errorem multum augetur, rogâneque Christum, ut eo ipsam liberaret; respondit blandè Christus: *Et quare velles, ut ego magno honore priuauer, & tu ingenti premio careres? nam grande nimis premium lucraris quotiescumque illum vel similem defectum recognoscens proponis de cætero eum vitare; & quantumcunque quis studet pro amore meo defectus suos vincere, tantum mihi honoris & fidelitatis exhibet, quantum miles exhiberet Domino suo, si strenuè seipsum in bello inimicis opponeret, eosque viriliter expugnaret, atque prosterneret.* Blot. cap. 4. Mön. Spif.

§. 5.

Quomodo cum pauperibus sit agendum.

Higeminâ potissimum tentatione pulsantur. Prima oritur ex ipsa stâtus vilitate, & abiectione. Contra hanc sic munit illos Sacerdôs.

1.

Proponat illis exemplum Christi; qui, ut S. Paulus 2 ad Corinth. c. 8. ait: *Propter vos egenus factus est, cum esset diues; si ergo solatium est miseris socios habere, quantum erit solatium pauperi, paupertatis socium habere ipsum Deum?*

2.

Revocet illis in memoriam, quot millia sapientissimorum virorum & sanctissimorum sponte amplexi sint paupertatem, ut essent similiôres Filio Dei; quidni ergo & ipsi gaudeant, ultra à Deo obtentam hanc gratiam; quam alii per magnas difficultates & certamina quaesierunt?

3.

Jubeat meminisse, vitam nostram similem esse comœdiæ; ut ergo actor libenter per diem personam mendici vel rustici gerit, si speret inde se Regi aulicisque per eam magis placiturum, & majus premium obtenturum; ita & ipsi libenter vilem suam personam per unicum vitæ diem sustineant, ut Deo cœlitibusque magis placeant, & merita sua multiplicent.

4.

Ostendat talem & tantum esse quemlibet hominum, qualis & quantum est apud Deum, atque adeo illum esse in hac vita digniorem,

rem, qui sanctior est; hanc ergo dignitatem obtinere cum in ipso
rum sit potestate, cur doleant, se falsâ gloriâ honoribusque
carere?

5.

Demonstret, quòd Deus divitias illis non dederit, specia-
litate loco habendum; Indicium enim est, DEUM hic velle
ram eorum non habere, atque eos in altera vita ditare regno illo, quod
pauperibus promissit: etiam ipsos in hac vita à curis, quas divites
asserunt, liberos esse, & annos suos in vera pace transigere. Quod
quem finem proderit narrare historiam de fabro illo ferrario, quod
cum vicinus dives toto die cantantem audisset, quondam ma-
supium pecuniâ plenum in officinam coniecit; quo ille inventum
mox curis obrutus de pecunia servanda & augenda, à cantu
stinuit, neque eum resumpsit, donec vicinus detecto consilio
pecuniam reperit.

Alterâ tentatio, eaque gravior oritur ex timore de victu & vel
quotidiano parando; contra quam sic muniat eos, 1. Declaret
lis, quantam Deus semper cuicumque se habiturum pauperum pro-
serit, & actu habuerit, ut merito S. Psalmista Ps. 10. dixerit, quo-
oculi ejus pauperem respiciant; diligenter scilicet consideren-
tes, nè aliquid ei desit; *nam illi delictus est pauper*, eodem teste
9. Unde jam olim etiam apud Ethnicos, teste Menandro Episto-
pauperes æstimabantur Deorum esse. Quàm verò fideliter steterit
DEUS promissis, id unum indicio satis esse potest, quòd S. Da-
dicat. Ps. 36. *Junior fui, etenim senui, & non vidi justum delictum
nec semen ejus quærens panem. Divites eguerunt & esurierunt; in-
ventes autem Dominum non minuentur omni bono.*

2.

Declaret illis, quantopere DEO placeat fiducia in illius
nam Blossius scribit in moniti c. II. quòd Christus quondam
Gertrudi dixerit. *Fiducia illa, quam homo in me solo collocat,
dando posse, scire, & velle me ipsum fiducialiter jurare in omnibus
mihî transfigit, tantamque pietati meæ violentiam facit, ut non
non ei gratificari, & manus porrigere, ob gustum, quem ex eo, qui
tus à me pendeat, capio.* S. Mechthildis verò quondam dixit: *Im-
sibile est, ut, quod quis sanctè de me credidit, & consequi speravit
obtineat, cum ipsum hoc ego promiserim. Mihi igitur fidas, qui gratia
à me expectat. Quis ergo ad eum non fugiat, si tantopere hæc fi-
cia ei placeat?*

Si Princeps promulgari juberet, nihil ei magis placiturum
quàm si cives, quotiescunque re aliquâ indigerent, ad eum
fugerent.

gerent, eamque audacter peterent; quis civium foret, qui non
 piffimè, imò affiduè ad ipſum confugeret? & tamen hic Prin-
 ceptum propter fragilitatem, tum propter limitatas divitias falle-
 re poſſet. cum ergo DEUS ſummè verax & potens ſimile decretum
 promulgari juſſerit, imò ipſe promulgaverit, dum dixit: *Petite &*
accipietis. &c Joan. 16. An non maxima cum fiducia ad eum
 confugiendum erit.

3.

Demonſtret illis, quot titulos habeat quivis homo juſtus ad
 omnia neceſſaria à DEO ſperanda. *Primus* eſt, quòd homo ſit: ſi
 nim DEUS lilia agri, & volucres cœli tam ſollicitè nutrit; an
 ſus hominis, propter quem omnia illa condidit, non majorem
 rationem habebit? *ſecundus* titulus eſt, quòd *redemptus* ſit: quis
 nim ovem, aut equum, aliudve animal, quod magno pretio
 emerit, fame perire ſinit? quantò minùs ergo DEVS hominem
 pretioſo ſanguine ſuo emptum & redemptum neceſſariis ad vi-
 tam ſubſidiis deſtituet? *Tertius* eſt, quòd ſit *Chriſtianus*: quis
 ignorat, quantam curam DEVS Iſraëlitarum habuerit: quâ chari-
 tate & ſollicitudine illis manna de cœlo tot annis, coturnices, aquam
 de petra providerit? & Chriſtianiſ, qui veri Iſraëlitæ ſunt, quo-
 rum illi figura erant, victum quotidianum negabit? aut certè
 populo ſe ſequenti per tantum miraculum panem datum crede-
 rit; & Chriſtianiſ non corpore, ſed animo, non pede, ſed affe-
 ctu, non grefſu, ſed virtutis ſtudio ipſum ſequentibus ac imitanti-
 bus, neceſſaria alimenta negaturum exiſtimabimus? *Quartus*
 titulus eſt, quòd *ſervus* ſit: quis nescit, quantâ curâ victum ſubmi-
 ſtremus etiam brutis ſervientibus nobis? ſi verò ſervum nacti
 ſumus fidelè & utilem, quàm ægrè dimittimus? an igitur mi-
 norem charitatem à Deo ſperabimus? an nescimus, quantâ curâ
 ſervum ſuum David protexerit, & conſervavit? quàm
 ſollicitè Elam per corvum aluerit? quàm liberaliter Jobo, cui fi-
 delis in terra tum temporis ſervus reperi tus non erat, duplici reſti-
 tuerit? *Quintus* titulus eſt, quòd ſit *amicus DEI*: quis ami-
 cum ſibi gratum deſerit? quis nescit, amicorum omnia eſſe commu-
 nia? ſi ergo DEUS hanc conſuetudinem ad eò ſervare decrevit, ut
 etiam ſeipſum amicis ſuis dare ſtatuere, an in quotidianis alimentis
 ſuppeditandis eam tranſgreſſurus credetur? Certè ad fiduciam
 orationis adho-taturus, amici panem iteratò petentis exemplo
 uſus eſt, ut indicaret, hunc eſſe ſpecialeſ titulum, ob quem non
 facile quid negari poſſit peteri. *Sextus* titulus eſt, quòd ſit *ſilius*,
 ſi enim ipſa etiam bruta tam ſollicitè pullos ſuos alunt; an DEO
 hanc providentiam adimemus? An infans, ſi ratione præditus eſſet,

Quomodo cum certis

prudenter dubitare posset, num mater eum lactatura esset, & educatura: & quisquam dubitabit, num Deus filios gratia sustentaturus sit, quibus per Isaiam dixit: *Nunquid oblivisci potest mulier infan-
rem suum? quòd si illa obluta fuerit, ego non obliviscar tu.* Isaiæ cap. 49.
Septimus titulus est, quòd sit *Sponsa Dei*: quis unquam audire
sponsam regiam à sponso desertam esse, si illa bene se gesserit? Ce-
tè *Asverus* *Estheri* dimidium regni obtulit; quantò magis daturus
fuiſſet, si victum tantum petiſſet? An *Rex cœlestis* à terreno se vili-
ciparietur? Hos ergo titulos bene pendere pauperes jubeat Sa-
cerdos, certò que promittat, iis non modicè fiduciam auctum im-
si enim, qui litteras septem sigillis munitas à Rege accepisset, qui-
bus ei victum promitteret, minimè dubitaret, quin *Rex* promissum
staturus esset; quantò minus de Deo, qui septem hos titulos tam
benignè largitus est, dubitare fas erit? Id unum ergo singulari cura
curent pauperes, ut mandata Dei servant, orationem frequentem
patientiam in adversis non deserant; de cætero omnem sollicitu-
nem in Deum conjiciant, & tam ipsi in ore ac mente assidue
beant, quàm etiam filios suos doceant versiculum illum, quem
S. Franciscus discipulis suis pro viatico obtulit: *lacta super Deum
num curam tuam, & ipse te enutriet.* Meminerint quoque illius
Eti, quod Christus S. Catharinæ Senensi dixit: *Cogita de me, &
cogitabo de te.*

§ 6.

Quomodo cum obstinatis & inveteratis peccatoribus agendum.

1.

Magnam cum his & longanimum patientiam habeat Sacerdos, nec spem conversionis obtinendæ abiciat, cum & Deus huiusmodi conversionem patienter expectet; præterea maximi etiam momenti sit unicum peccatum impedivisse.

2.

Potissimum se è medium ad horum animos emolliendos ducit orationem ferventem, & crebram pro iis fusam; per hanc enim gravissimos quosque peccatores ad frugem conversos esse passim historia produnt.

3. Sum

Summo
infinuar
que conve
sico Xaver

Si leger
num alter
del de æter
Concionar
ationem, q

Specialite
assionem.
onorem ill
tam reciten
mondam S.
fferendo D
redat igitur
gentia; quia
haberi, s
nientia, l

Simili m
ga B. Virg
Deus Pater
nonil. spirit
Bonitate n
necunque e
ullo modo d
ta & posita
què animas
ipſa S. Br
oro corde c
parata su
erit, sed
amlibet v
quia voco
idem refer
ne hujus D
er quas sig

3.

Summopere etiam studeat, in huiusmodi hominum amicitiam insinuare, eosque variis obsequiis, præsertim vero blandâ suauitate conuersatione demereri; hæc enim viâ non paucos à S. Francisco Xaverio emolitos in ejus vita legitur.

4.

Si legere norunt, suadeat illis, ut singulis diebus tardè & attentè librum alterum vel folium ex libello pio legant, maximè ex tali, qui de æternitate, vel de quatuor novissimis scribat. Hi enim conuersionatores muti multo efficacius plerumq; persuadent emendationem, quàm ij, qui in cathedris cum strepitu detonant.

5.

Specialiter illis commendet affectum & fiduciam ad SS. Domini passionem, horteturque, ut singulis diebus semel vel sæpius ad honorem illius Orationem Dominicam, vel Salutationem Angelicam recitent; eum in finem iuuerit illis indicare, quod Christus non dàm S. Gertrudi dixit: *Quilibet poterit respirare in spem veram offerendo Deo Patri meam innocentissimam Passionem & mortem, credat igitur peccator, se per hoc obtinere saluberrimum fructum indulgentiæ, quia nullum tam efficax remedium contra peccata poterit in terra haberi, sicut devota memoria mea Passionis cum fide recta & vera penitentia.* l. 4. In sin. diu. piet.

6.

Simili modo conetur eos ad singularem fiduciam & amorem à B. Virginem excitare. Quare proderit narrare iis, quod olim S. Pater S. Catharinæ Senensis dixit: uti apud Blossium cap. I. nonnil. spirit. videre est. *Maria uirgeniti Filii mei gloriosa Genitrici Bonitate mea concessum est propter Incarnati Verbi reuerentiam, ut quicumque etiam peccator ad eam cum devota veneratione recurrat, nullo modo diripiatur à demone infernali. Hac est enim à me electa, parata & posita tanquam esca dulcissima ad capiendos homines, & præcipue animas peccatorum.* Idem quod B. Virgo eodem Blossio teste ipsa S. Brigittæ revelavit, dicens: *Quantumcunque homo peccet: toto corde cum vera emendatione & charitate ad me confugerit, statim parata sum recipere venientem. Nec attendo, quantum quis peccauerit, sed quali intentione & voluntate redit ad me. Nam peccator quicumlibet vilis & sordidus sit, non dedignor ejus plagas ungerere & sanare, quia vocor, & verè sum Mater misericordie.* Hinc S. Gertrudis, ut eodem refertur, aliquando vidit currere sub chlamydem dulcissimi hujus Dei Genitricis veluti bestiolas quasdam diversi generis; per quas significabantur peccatores specialem devotionem ad illam

lam habentes. Hos omnes illa benignè recipiens & quasi sub pallio protegens, delicatâ manu suâ singulas contrectabat, deliniebatque & ipsis amicabilem blandiebatur, quemadmodum quis blandus solet catulo suo. Suadeat ergo Sacerdos, ut hanc S. Virginem peccator, cum quo agit, variis obsequiis demereri sibi studeat maximè singuli diebus aliquid in honorem ejus recitando, & ejus festis confitendo, per diem integrum, maximè verò Sabbati, abstinendo ab illo vitio, quo maximè infestatur. Eum in fine conveniet unâ alterave brevi historia ostendere, quàm salutare hoc medium multis peccatoribus fuerit, v. g. illi militi, cui diabolus servi specie assumptâ per 14. annos servierat, occisurus illum si non semel Salutationem Angelicam, quam recitare quotidie consueverat, omisisset, qui tamen postea B. V. patrocinio & ope Eremitæ cujusdam, fraude dæmonis detectâ, egregiè respicit. Uti fulsius in Spec. Exempl. V. Salut. Angel. ex. 5. refertur. Alius verò qui Sabbato Virginis Mariæ nomen habentis pudori amore beatissimæ DEI Matris pepercerat, in torneamento occisus, contritionis elicite gratiam & cum hac salutem obtinuit. Ibid. V. H. Canonice ex. 4.

7.

SS. Eucharistiæ usum quoque, si possit omnibus modis persuadere, ubi enim mensa est, quam paravit Dominus adversum eos, qui turbulant peccatorem, vitiis habitus, ibi humanus Sanguis latet, qui si hauriatur à peccatore, à morbo caduco ad peccati lapsum impellente eum liberabit. Expertus hanc efficaciam est miles ille, qui concubinæ amore implicatus, cum S. Bernardi suavis in agone constitutus SS. Eucharistiam recepisset; ad eum mox mutatus est summè eam detestatus sit, quam summè priùs deperierat, uti fulsius in Speculo exempl. V. Attritio videre est.

8.

Nonnunquam proderit adhibere medium illud, quo S. Bernardus peccatorem quendam à prava consuetudine abduxit; dum illi suadet, ut triduum tantum ad honorem SS. Trinitatis à familiari sibi vitio abstineret; quod cum ille fecisset, suavis S. Bernardus, ut alterum triduum ad honorem Christi adjiceret; quo consilio observato, ita ille immutatus est, ut etiam sine pacto ullo deinceps abstinere statueret.

9.

Salubre quandoque etiam fuerit, dolo bono circumvenire peccatorem, & ad exemplum Nathan Prophetæ, parabolæ, vel etiam historiæ propositione, ipsi status sui periculum, vitæq; sceleratæ turpitudinem

Quam
DEO & o
derit attul

turpitudinem

turpitudinem ostendere ; quod tamen ab initio dissimulanter ad-
 modum faciendum est , nè fraudem mox advertens , difficulter capi-
 piatur. Parabolæ autem vel historiæ tales possunt esse. 1. Narret ex
 Acroamatis Jac. Bidermanni historiam de filio , qui in vineam ire
 jussus , patrem in itinere invadens dejecit in terram , & cultro intere-
 mit. Inferat subinde , hoc facere peccatorem respectu *DEI* Patris. 2.
 Narret ex eodem libro historiam de muliere illa , quæ captivum ma-
 rineum testudinis suæ auxilio ex Turcica captivitate liberavit ; fingat
 que , eam postea domi à marito malè habitam , & tandem post
 gravia & repetita vulnera penitus occisam : Inferat hoc peccatores
 respectu Christi facere. 3. Fingat fuisse Reginam , quæ ex humili
 loco in aulam translata ad regias nuptias , milcuerit se aliquoties ca-
 culis & laxis , & neq; à Rege privatim monita , neq; nimis deterrita
 abstinerit. Tali parabolâ propositâ expectet , quid peccator judi-
 cet ; & tum inferat : Tu es illa Sponsa Spiritûs sancti , &c. 4. Fingat
 aulicum ob delicta sua sæpius à Rege monitum , jamque excluden-
 dum ab aula , amicorum tamen precibus fuisse servatum ; sed illum
 post decies recuperatam , amicorum ope , gratiam apud Regem , nec-
 dum tamen resipere , sed in antiqua peccata frequentius labi ; an hic
 ulteriori amicorum auxilio dignus videbitur ? Inferat subinde
 peccatorem esse , qui toties Sanctorum precibus in gratiam cum Deo
 reductus , necdum tamen resipiscat. 5. Fingat hominem aliquem
 eò insaniam redactum esse ; ut ultrò vestes exuens porcorum , stabu-
 lum intraverit , ibiq; cum porcis habitârit , siliquas & fæces com-
 derit , in luto , si quod vidit se volutarit , vomitum resorbuerit , &c.
 Inferatque , peccatorem esse talem ; bestiisque se assimilare. 6.
 Fingat esse aliquem , qui testamentum , quo ingens hæreditas ei
 transferrebat , vili pretio vendiderit : & ostendat talem esse pec-
 catorem , qui gratiam pro vili voluptate vendat. 7. Fingat Du-
 cem quendam , cui arx valde opulenta commissa sit , eaque insupe-
 rabilis , vili pretio corruptum , se & arcem hostibus capitalissimis
 tradidisse. Inferat hoc peccatorem agere , qui arcem animæ dia-
 bolo tradat. 8. Fingat , comicum fuisse ; qui , cum pollicitus
 fuisset comœdiam exhibere , atque idè Regem cum tota aula sua
 invitasset , nunquam tamen in theatrum prodierit , & comœdiam
 auspiciatus sit. Inferat , talem comicum esse peccatorem , qui con-
 versionem differt.

10.

Quandoque illi ostendat , quantum gaudium creare possit
 DEO & omnibus Sanctis , si serio se emendet. Eum in finem pro-
 dedit artulisse favores speciales , quos peccatoribus sincerè conver-
 dit s

sis exhibuit Deus, maximè S. Mariæ magdalenaë mariæ Ægyptiacæ, Pelagiæ, &c.

II.

Proderit etiam declarare minas, quas proposuit Deus in S. Scriptura adversus eos, qui vocantem Deum audire distulerunt, maximè illam, *Prov. c. i.* ubi ait Deus ad tales: *Quia vocavi & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret; ego quoque in interitum vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, evenerit.* Ad quarum minarum confirmationem adducat unum alterumve exemplum Tragicum, in quibus minæ tales impletae sunt, maximè illius rustici, pro quo cum post mortem ejus ex Platino *De profundis* ille versiculus: *Fiant aures tuae intendentes, & cantaretur, Imago Crucifixi feretro insistentis manus de ligno resolvit, iisque aures obturavit.*

§. 7.

Quomodo agendum cum illis, qui inimicitias deponere volunt.

GRAVIS hæc & superatu difficilis tentatio est, unde diversa quæque media adhibere convenit, ut si unum non proficiat, alterum fortiatum suum effectum.

I.

Primò proponat Sacerdos talibus personis exemplum Dei, cui Christus *Matth. c. 5.* fecit, dum dixit: *Diligite inimicos vestros; benedicite his, qui oderunt vos; orate pro persequentibus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.*

2.

Proponat exemplum Christi, qui in Cruce exclamavit; *Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt.* *Luc. 23.* Inferat ergo: Si Dominus inimicis tam gravibus tam liberaliter ignovit, tu servus illius minoribus non ignoscas? Hoc exemplo Theodosius Imperator se animabat; cum enim rogaretur, ut veniam iis, qui ipsum offenderant, daret; respondit. Quid mirum est, si nos, qui homines sumus, homini ignoscamus, cum Christus, qui Deus est, inimicis suis tantis tam liberaliter ignoverit?

3. Ostendit

Ostenda
alioqui ne
Evangelico
finem pro
ferre, v. g.
quia Nicep
immolavit
liere: qua
& humi pro
negasset, à
jecta est.
de illa mul
SS. Euchar
Sicut ego ar
nunc vultu
mittere ex.
ego preces
& auribus
Quòd si du
posset ter
narrare; e
Sacerdote
stiam ex or
videri desi
sup. 15. §. 2

Ostenda
ignoverunt
condonata
eodem, ac
modo; tot
Anno 1051
domum su
ejus ex Pur
Faber in Fe

Declare
sibi compa
per hanc v
Christi: 1

3.

Ostendat, quàm necessarium sit, ignoscere inimicis, eò quòd alloqui nec nobis dimittantur peccata nostra, uti patet ex sermo Evangelico debitum suum parvum dimittere nolente. Hunc in finem pròderit unum alterumve exemplum paulò terribilius adferre, v. g. de Sapritio Sacerdote; qui jam ad martyrium ductus, quia Nicephoro veniam petenti eam negavit, mutatà mente diis immolavit, uti apud Surium 9. Februarii videre est. Aut de muliere: quæ cum in turba hominum ab adolescentè leviter impulsà, & humi prostrata, veniam flexo poplite & junctis manibus petenti negàsser, à dæmone inspectantibus omnibus abrepta, & in puteum dejecta est, uti S. Bernardinus Senensis S. 15. Quadr. refert. Aut de illa muliere, quæ, quia dimittere noluit, in morbo, dum ei SS. Eucharistia pro Viatico offertur, vultum avertit, & dixit: *Sicut ego averti vultum ab aliis, nolens eum dimittere, ita Deus avertet nunc vultum suum à me.* Hæc dicens obiit. *Spec. Exempl. V. Dimittere ex. 6.* Aut de illo, qui cum esset mortuus, & in Ecclesia pro eò preces consuetæ dicerentur; Crucifixi imago manus retraxit, & auribus opponens dixit: *Nec pepercit, neque parcam. ib. ex. 4.* Quòd si dubitaret Sacerdos, num is, cum quo agit, seridè ignosceret; possit terribilem illam historiam de Nobili illo Cordubensì narrare, qui, quia fidè tantum veniam dederat, Angeli duo Sacerdotem ad ejus sepulchrum deducentes, jusserunt SS. Hostiam ex ore auferre; quo factò deturbatum cadaver in fossam, videri desiit. Uti fufius legere est in *Padag. Christi, pag. 2. cap. 15. §. 2.*

4.

Ostendat, quantos favores Christus exhibuerit iis, qui inimicis ignoverunt; nam S. Gualberto & alteri cuidam nobili Anglo, post condonatum hostibus, ab illo quidem fratris, ab hoc autem patris eadem, ad Christi effigiem orantibus, visus est Christus, viventis modò; toto capite annuere, & factum approbare, uti *Barom. 2. Anno 1051. testatur.* Mulieri verò cuidam, quæ occisorem filii in domum fuisseperat, ita Deus rependit hanc gratiam, ut & filium ejus ex Purgatorio eriperet, & ipsi vitam æternam promitteret, ut *Faber in Feste S. Steph. conc. 3. n. 3. refert.*

5.

Declaret; quàm præclaram habeat occasionem ingentia bona sibi comparandi, si sincerè & liberaliter ignoscat inimicis. Nam 1. per hanc viam facillimè obtinetur remissio peccatorum juxta illud Christi: *Matth. 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet*

Et vobis Pater vester celestis delicta vestra. Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur? ib. c. 5. Quis autem non libenter tres obolos proximo remitteret, ut aliquot milliones debitorum ipsi remitterentur? 2. Ingens præmium in celo sperare potest; si enim majus meritum ibi est, ubi major difficultas reperitur; quis dubitet, huic actui maximum olim præmium responsurum, sicut maxima in eo & difficultas reperitur. 3. Etiam majorem sibi honorem & famam comparare potest ignoscendo; si enim magnam sibi obvenisse gloriam crederet, si exercitum multis millibus constantè superasset; an non majorem obtigisse dicit si victoriam de seipso reportet, quæ omnium nobilissima est.

6.

Ostenda illi, quod inimicus sibi potius, quam ipsi nocuerit; similes enim sunt tales homines, qui alicui nocent, vulpeculis Samsonis, quæ dum segetes Philistæorum accendunt, seipsas etiam peremerunt; similes sunt unicorni, quæ dum altam cornu appetit, seipsam ita arbori affigit, ut extrahere illud non possit; similes sunt gladio Adamantem aut silicem ferienti, qui se potius destruit, quàm lapidem; similes sunt apibus, quæ dum aliis aculeum infligunt, se perimunt; similes sunt canibus lapidem invadentibus, qui dentes potius suos consumunt, quàm lapidi noceant; similes sunt illi, qui candelam emungit, ac candelæ quidem lumen clariùs facit, digitos autem suos adurit & contaminat. Unde S. Hieronymus ad Eustochium ait: *Apud Christianos non qui patitur, sed qui facit contumelias, miser est.*

7.

Ostendat, quàm multorum bonorum occasio illi sit inimicus; illorum nimirum omnium, quæ n. 5. indicavi; si ergo amamus eum, qui nobis viam facit ad ingens lucrum faciendum, vel occasionem præbet ingentis præmii obtinendi; si diligimus eos, qui nobis vel in pugilatu vel in Academicis certaminibus sese opponunt, atque ad eam occasionem faciunt fortitudinis & doctrinæ nostræ ostendendæ; an non tantò magis diligamus inimicos, quantò majora bona sunt spiritualia, quæ per amorem inimicorum obtinentur, quàm materialia, quæ in hoc mundo tam sollicitè quæruntur.

8.

Hortetur, ut inimicum tanquam manum, & instrumentum, aut legatum DEI intueatur, quo DEUS usus est ad ipsius læsi specialè commodum: an non enim ut sic exosculabitur potius manum, aut legatum DEI tam paternè castigantis? Aut certè hortetur, ut eum

intuea-

intueatur t
ut sic potius

Ostenda
meliùs fac
enim ipse D
suadeat erg
autem Don
videam ult
sectò qui t
uti sapiens
omnes: F
judicium or

Prætere
magis se vi
ejus; ita en
air: Nihil
sientia tolet

A Nte o
bene
juxta illud
honestas à
cit Domin
res potest
Secundum
potentissim
ad comm
Pl. 28. voc
unicornis
nu immif
supra ocul
Tribulatio
ut virga, u
rurgi, &c
ad ferenda

intueatur tanquam à dæmone impulsus, aut morbo suo: an non ut sic potius condolebit ipsi, quàm irascetur?

9.

Ostendat, quod si velit vindictam de hoste capere, non possit id melius facere, quàm si totam suam causam DEO committat; sic enim ipse Deus petit: *Mihi vindicta, & ego retribuam.* ad Rom. c. 12. suadeat ergo, ut sequatur exemplum S. Jeroniæ dicentis c. 11. *Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iuste, & probas renes & corda, videam ultionem tuam ex eis; tibi enim revelari causam meam.* Perfectò qui tali modo vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, uti sapiens Eccl. 28. c. ait: undè S. August. in Psal. 102. hortatur omnes: *Ferto injurias, securus esto faciet enim misericordias Deus, & iudicium omnibus injuriam accipientibus.*

Præterea verò etiam in memoriam illi reuocet, quòd nullà re magis se vindicare ab inimico possit, quàm si nihil faciat injurias eius; ità enim docet S. Hieronymus in Epistolam ad Hebræos, dum ait: *Nihil ità confusam facit injuriam agentis, si ut fortis & mitis patientia tolerantis, & neq; in opere, neque in lingua se vindicantis.*

S. 8.

Quomodo agendum sit cum tribulatis.

I.

ANte omnia Sacerdos laboret, ut his sequentia tria capita bene inculcet. Primum est. Nihil sine DEI voluntate fieri, juxta illud Eccl. c. 17. *Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à DEO sunt. Et non est malum in civitate, quod non fecit Dominus.* Amos c. 3. Hinc etiam Christus dixit: *Non haberes potestatem in me ullam, nisi tibi datum esset desuper.* Joan. 19. Secundum est, quòd non modo omnia proveniant à DEO tanquam potentissimo Rege, sed etiam tanquam à benignissimo patre, atque ad commodum, utilitatemque nostram ordinentur. Hinc Deus Psal. 28. vocatur *dilectus, quemadmodum filius unicornium*; quia ut unicornis, quæ habet cornu infra oculos, videt, quò tendat per cornu immixtæ afflictionis; non autem, sicut taurus habens cornua supra oculos, cæco modo percutit. Atque hæc causa est, cur omnes Tribulationes: considerandæ & accipiendæ sint, ut pædagogus, ut virga, ut igni respectu auri, ut medicina, ut instrumentum chirurgi, &c. Tertium est, quòd DEUS etiam robur & vires tribuat ad ferendas tribulationes; nam ut S. Paulus ait 1. ad Corinth. 10.

Fidelis

Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis. *per P salmista ipse dixit: Cum ipso sum in tribulatione; eripiam enim, & glorificabo eum* Ps 90. Id se expertum esse S. Paulus 2. ad Corinth. 12. testatur dicens: *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo; Cum enim infirmor, tunc potens sum.* Imò etiam solatium peculiari modo, uti iterum expertus est S. Paulus, qui de seipso 2. ad Corinth. c. 11. ait: *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.* Et S. David Psal. 93. *Secundum multitudinem dolorum in corde meo, consolationes tua lactificaverunt animam meam.* Experti etiam tres pueri in fornacè Babylonica, qui seferunt vestium quasi roris flantem. Nimirum ad medicorum morem post amaram medicinam mox, ut minus amarities sentiantur, saccharum portigit consolationum. Hinc quædam virgo cuiusdam percoheranti, quomodo ad perfectionem pervenisset, respondit: *Omnem adversitatem equanimiter de manu Dei suscepi. & quisquis me aliquâ injuriâ molestare affecit, huic ego speciale beneficium respondere curavi; quod minime fecissem, nisi ab eo laesa fuisset.* Nisi Deo gravamina mea quæstâ sum; unde è vestigio consolationem corroborationemque ab eò accepi.

2.

Revocet tribulatio in membra, quod Dominus quondam ad S. Catharinam Senensem dixit: ut Blossius c. 9. Monit. Spir. refert. *Volo te nosse, quod omnes pœna, quibus homines in mundo affliguntur, in voluntate consistunt; quia si voluntas esset ordinata & concors cum voluntate meâ, caveret quodammodo pœnâ. Quamvis enim is, qui hac sanctâ ordinataque voluntate præditus est, sentiat laborem ac dolorem, quicquid tamen amore mei patitur, quasi sine pœna portat; libentissimè enim illud sustinet, considerans & sciens esse meam voluntatem ac permissionem, ut patiatur.* In confirmationem hujus doctrinæ narrare poterit notam illam historiam ex Taulero de mendico, qui Theologo bonum diem & fortunam precanti asseruit, se bono semper fortunatosque dies habuisse, atque in tantis etiam miseris lætissimum vixisse.

3.

Ostendat, tribulationes esse signum filiorum Dei & prædestinationis, Id colligitur 1. ex S. Paulo ad Hebræos c. 12. dicente. *Ego enim, nolite negligere disciplinam patris, neque fatigeris, dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit.* 2. Ex testimonio S. Raphaëlis Tob. 12. *Quis acceptus fueras Deo, necesse fuit, ut tentatio probares te.* 3. Ex præcepto amaræ

amantium
Ego, quos an
revelavit
homine
tribulation
dem immit
quia S. Sc
corde. Alio
Puffill, quò
itè adversit
signum div
in tantum,
suo subarra
ter ipsa adv
mo gratias
à Domino;
pretiosissim
rescisco dixit,
sauri cœlesti
cal. gloria e
S. Ecclesia d
pervenirent
magis tribu
cti Dei sunt
angularem
poliri malle
in horreum
debent. I
ergo oportet
portigant.
per ignem t
rex virgæ A
Regem ob
tes Josue R
stram ab in
Tau, per qu

Præcipu
tionem ob
tum oriri, c
quædam per

affantiur, qui comprimunt fortiter manus. Sic Deus Apoc. 3. ait : Ego, quos amo, arguo & castigo. 4. Ex revelatione Dei, quã quãdam revelavit S. Gertrudi, quod, quando Dominus nihil inueniens in homine, propter quod placitã dignatione ipsum adesse deceat, tribulationes vel molestias tam corporales, quã spirituales eidem immittit, ut inde habeat opportunitatem manendi cum illo; quia S. Scriptura dicit : *Iuxta est Dominus hiis, qui tribulato sunt corde.* Alio tempore eadem Virgo intellexit, *Blosio teste in consolat.* Pusill, quod, quemadmodum annulus est signum desponsationis, ita aduersitas humiliter propter Deum tolerata, sit verissimum signum diuinæ Electionis, & quasi desponsatio animæ cum Deo, in tantum, ut gravatus quisque confidenter dicere possit : *Annulo suo subarrahavit me Dominus meus Jesus Christus.* Quod si inter ipsa aduersa potest dono Dei etiam laudare Deum, & ei ex animo gratias agere, iam tanquam sponsa amabilis coronam obtinet à Domino; quia gratitudo animi in aduersis est ornatissima atque pretiosissima coronã animæ. 5. Ex testimonio Dei; quod S. Francisco dixit, infirmitatem, quam tunc patiebatur, esse arbam thesauri cœlestis, qui ipsi olim offerendus esset; uti in *Spéc. Exempl. V. tal. gloria ex 8.* refertur. 6. Ex omnium SS. Exemplo, de quibus S. Ecclesia canit : *Omnes Sancti quantã passi sunt tormenta, ut securi peruenirent ad palmam Martyrii. Certe, quod sanctiores fuerẽ, tanto magis tribulationibus vexati sunt.* 7. Ex figuris variis. nam Electi Dei sunt lapides, qui superædificandi suo tempore super lapidem angularem Christum crescent in templum Dei, ergo in hac vitã poliri malleo tribulationis debent. Illi sunt triticum suo tempore in horreum Domini congregandum, ergo prius flagellari & excuti debent. Illi sunt uvæ ex Christo, tanquam verã vite prognatæ, ergo oportet torculari eos subicere, ut gratissimum virtutis succum porrigant. Illi sunt holocaustum & victima Deo gratissima ergo per ignem tribulationis immolari debent. Item tribulatio est autem virgæ Assveri similis, quæ signum clementiæ & gratiæ apud Regem obtentæ erat. Item est similis funiculo rubro, quem milites Josue Rahab meretrici dederant, ut eum appendens ante fenestram ab interitu servaretur *Josue c. 2.* Tandem est similis signo Tau, per quod olim, *Ezech. c. 9.* notati ab exitio servabantur.

4.

Præcipuè hortetur afflictum, ut Christi exemplum & SS. Passionem ob oculos ponat sibi. Hinc enim mirum robur & solacium oriri, colligitur. 1. Ex ipsa Christi revelatione; cum enim quãdam persona vehementer afflictã esset, hanc audivit vocem; surge

surge & cogita vulnera mea. Fecit, & mox se consolatam invenit. uti in *Fasciculo Myrrha P. Caraff.* refertur. Alius, qui à Religione ad sæculum reverti volebat, à Christo h's vocibus in proposito confirmatus est: *Omne asperum intrinse in latus meum, & erit tibi dulce.* ibid. Unde S. Catharina Senensis dicebat, tribulationem esse duro pani similem, qui, ut facile per patientiam concoqui possit, in SS. Christi Sanguinem intingendus sit. 2. Colligitur ex testimonio S. Pauli ad *Hebr. c. 12.* dum ait: *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in Authorem Fidei & Consummatorem IESVM.* Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus adversum semetipsum contradictionem, ut non fatigemini, animus vestris deficientes. 3. Colligitur ex testimonio S. Patrum, nam S. Gregorius in *E. ist.* ait: *Nihil est adeo grave, quod non aequanimiter toleretur, si Christi Passio ad memoriam revocetur.* S. Augustinus *Serm. 32. ad Frat. in erem.* ait: *In omnibus adversitatibus meis non inveni tam efficax remedium, quam vulnera Christi; in illis dormio securus, & requiesco inrepidus.* Christus mortuus est pro nobis, nihil tam ad mortem amarum, quod morte Christi non sanetur. S. Bernardus ait: *Voluit Christus oculos in sua sustollit vulnera, ut exemplo sui reddat ad tolerandum fortiores.* Non enim sentit sua vulnera miles, qui sui Ducis vulnera intruetur. 4. Colligitur ex figuris, nam sicut *Exod. 15.* lignum in aquas missum eas dulces fecit; & sicut *4. Reg. 4.* farina in ollam missa amaritatem sustulit, ita & Crux & Passio Christi aquas tribulationum dulces facit. Sicut serpentis aenei aspectus in deserto sanavit ictus serpentum; ita Christi passio considerat o vulnera animæ. *Num. 21. c.* 5. Colligitur ex natura Societatis; si enim Societas hominis leviores facit miseras, quanto magis afflicto solatium erit, Deum habere in Passione socium? 6. Ex æquitate: non enim est major servus domino, neque est discipulus supra magistrum; neque membrum pedis melius est capite: si ergo Christum oportuit pati, & ita intrare in gloriam suam, quanto magis membra, discipuli & servi ejus per hanc viam ad coelum tendere debebunt? Urias admonitus à Davide, ut domum propriam iret, & quiesceret; respondit: *Arca DEI, & Iuda habitant in Papilionibus, & Dominus meris Iob, & servi Domini mei super faciem terra manent; & ego ingrediar domum meam, ut comedam, & bibam, & dormiam cum uxore mea? Per salutem tuam, & per salutem anima tua non faciam rem hanc.* 2. *Reg. 11.* Do minus meus in toto Corpore passus est talia ac tanta: & ego tantam parvam tribulationem non suscipiam? Et ego quidem iuste

verò quid fecerit
& ego in eju
tencia colligi
uxor illius p
dum sentire a
sed illic me c
bi ipsi eum im
terent, & co
Dominus tuu
uxor mea, do
ris mei, donec
gitur ex simi
tur, facilius
sionis Chris
foramibus
vulneribus e
Horretur
afflictus cor
Rom. cap. 8
gloriam, qu
promptè con
tes pericula
vilem merce
thæ videban
tam, quidni
per sustineat
auris audivit
no sibi gaudia
tum, vidi co
tege & exult
Sic S. Francis
Francisce, s
sunt balsamu
ubi alius thes
auderes? Ec
nescire invest
thesauri. Sp
passus est, f
nemum Jud
tueri liceret:
vel

verò quid fecit? Ille totum Calicem in ſanitatē meam exhaustit, & ego in ejus honorem vel guſtare illum recuſabo? 7. Ex experientia colligitur hujus mediſ efficacia. S. Elzearius Comes, cum uxor illius patientiam miraretur, reſpondit illi: *Non veris me interdum ſentire aliquam in animo adverſus infeſtantes me indignationem; ſed illud me converto ad cogitandas injurias Chriſto illatas, dicoque mihi ipſi eum imitari cupiens: Etiamſi famuli tui barbā tuam convellerent, & colaphos tibi impingerent; nihil totum hoc eſſet pra illis, quā Dominus tuus; & plura, & majora perpeſſus eſt certōque habeas, & injuriam meam; & nunquam ceſſare à commemorandis injuriis. Salvatoris mei, donec animus planè ſit tranquillus.* Surius 27. Sept. 8. Colligitur ex ſimili: ſicut enim amara pilulā, dum hoſtiā involvuntur, facilius ſumuntur; itā & tribulationes, ſi eas memoriā Paſſionis Chriſti velut hoſtiā involvamus. Sicut etiam erioaceus in foraminibus petrā refugium quærit; itā anima Chriſtiani in SS. vulneribus quærete debet.

§.

Horretur, ut ſæpe ad præmia tribulationibus promiſſa animū afflictuſ convertat, revocetque in memoriā illud S. Pauli ad Rom. cap. 8. *Non ſunt condigna paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Si ergo urinatores in aquas ſe promptè conjiiciunt, & gladiatores verbera contemnunt, & milites pericula alacri animo ſubeunt; bajuli onera læti portant, ut vilem mercedem & præmium conſequantur; ſi Jacobo Patriarchæ videbantur dies pauci præ amoris multitudine erga Rachel; quidni multò magis Chriſtianus omnes adverſitates libenter ſuſtineat amore & ſpe tanti præmii, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis deſcendit? ſic Chriſtus propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit Crucem. Sic S. Stephanus intendens in cælum, vidi cælos apertos, Sic Chriſtus Apoſtolos excitavit: *Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.* Matth. 5. Sic S. Franciſcum in gravi dolore oculorum animavit, dum dixit: *Franciſce, ſi tota terra eſſet aurum, & mare ac flumina & fontes eſſent baſamum, & omnes montes, collēsque ac lapides eſſent gemma; & tibi alius theſaurus, longè his pretioſior daretur pro infirmitate, an non gauderes? Ecce hic theſaurus eſt vita æterna, quem tibi repoſui. Et ex ſanitate inveſtio; & iſta infirmitas & afflictio tua eſt arrha illius beati theſauri.* Spec. Ex. V. Glor. cæl. ex 8. Diabolus quoque aliquando ſaſſus eſt, ſe libenter omnia tormenta damnatorum uſque ad extremum Judicii diem toleraturum, ſi unico momento Deum inveniri liceret: quid non tolerandum æternū videatur? Sicut ergo

e

vadan-

vadantes flumen. sursum oculos erigunt, nè titubantes prolabantur; ita nè inter tribulationes labamur, consultum est, ut ad cœlum oculos mentis erigamus; nam, ut S. Isidorus ait: *Quæ futura vita præmia diligenter recogitat, præsentis vita mala æquanimiter portat.*

6.

Moneat afflictum, quòd nemo sit in hoc mundo sine afflictione, nam, uti Job. c. 14. ait: *Homo natus de muliere brevis vivens tempore, repletur multis miseriis. ergo fatius est pati propter Deum, ut hac ratione satisfaciamus pro peccatis, lætius feramus tribulationem, & præmium in altera vita accipiamus, quàm ut per impatientiam nobis faciamus crucem majorem, & graves in altera vita pœnas accersamus, jacturamque summæ mercedis faciamus.* Quam doctrinam antiqui pulchro hoc apologo explicabant. *Hinnulus, inquebant, sylvæster à lupis ageratus ad oves concesserat; quas cum videret in pace degere, ait: Hic deinceps vitam meam pacificè transigam. Paulò post tamen adsum Sacerdotes, & agnos aliquos abducunt Quos cum hinnulus ad inviolandum erabi disset, cum suspirio exclamavit: Heu mihi, ut video, nullus locum persecutione immunis est; sed tamen omnibus persisteris, melius est hinc manere, & in obsequium Dei pati; quàm in escam cadere luporum.* Sic ergo etiam omnes iusti & prudentes Christiani discurrunt, quos hinnulus iste significat.

7.

Jubeat afflictum meminisse, quoties infernum vel purgatorium meruerit. Sic enim omnia levius tolerabit. Quis enim lætissimè gravissima tormenta promeritus, non cum gaudio accipere colaphum, si tota pœna in hanc converteretur, & præterea ingenere pro eo fortiter exantlato præmium offerretur? Ecce omnia tormenta hujus mundi comparata cum gehenna nec colapho quidem comparari possent; & tamen erit, qui his longè mitiora & attingere ferre recuset, maxime cum in præmium ipsa beatitudo promittatur? S. Franciscus Borgia omnia hospitia sibi optimè præparabat, quia cognitionem sui & inferni præmiserat. Præmittat hos duos prodromos afflictus ad omnes tribulationes, & omnino perquam leves efficiat.

8.

Demonstret frustraneum esse mœrorem ad malum leniendum, nam ut eleganter S. Chrysostomus ait homil. 5. ad populum: *Tristitia ob id nobis data est, non ut in morte, aut alia re doleamus, sed ut doleamus peccatum, quasi morbi illius remedium, sicut ergo venimus*

diuim lippitu
collit, non
non emendari
lunelius affec
morbum non
delevit, ergo
est: idè ut ti
tantò faciliti
fururum ve
ante tempus
potes? si præ
rem faciant
mum est, si
citius aufer
lium sese fu
mii & hõno
reddet, &c.

Suade
ant veni te
lans; voca M
voca, Mari
in Missus

Quomo

H is poti
causar
leipsos atten
suum erat:
volentes red
nobis ad ter
boni Christi
Deus; si et
velimus? C
lam de obitu
bona sint, nei
quia sic plac

si illam leprositudinem illam tollit, non alios morbos; sic tristitia peccatum tollit, non alias agitudines. n. g. pecunia quis mulctatus est, doluit; non emendavit: filium amisit, doluit; non resuscitavit mortuum: contumelialis affectus est; non revocavit contumeliam: infirmatur, dolet; morbum non auferit, sed auget, sed peccat quis: tristatus est, peccata deleuit, ergo tristitia tantum facta est propter peccatum, à quo nata est: ideo ut tineâ ipsum corrodit & absorbit. Porro ut tristitiam hanc tanto facilius fuget, iubeat afflictum sic discurrere: vel malum est futurum, vel præteritum, vel præsens, si futurum, cur miser es ante tempus? si præteritum, cur doles, quod infectum facere non potes? si præsens ergo id solum curandum est, ut media, quæ leuiorem faciant mali tolerantiam, procures, inter hæc autem potissimum est, si propter Deum patienter id feras: sic enim 1. DEUS citius auferet malum; sicut Pater citius cessat à verberibus, si filium sese subijcere & agnoscere culpam advertat. 2. Spes præsentis & honor inde resultans roborabit. 3. Societas Christi animos addet, &c.

6.

Suadeat, ut consilium illud S. Bernardi sequatur: Si insuuant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum; respice stellam; voca Mariam: in periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariam invoca, Mariam cogita, non recedat ab ore, non discedat à corde. Hom. 1. in Missus est.

§. 9.

Quomodo consolandi sint ii, quibus amicus, vel parens, vel filius est mortuus.

1.

His potissimum Sacerdos persuadere conetur, nullam ipsos causam tristitiæ habere, sive Deum, sive defunctum, sive ipsos attendant. Nam 1. si ad Deum attendant, ille repetit, quod suum erat: si ergo, cum depositarius repetit depositum suum, volentes reddimus; cur, si Pater cælestis repetit amicum, quem nobis ad tempus concessit, doceamus & queramur? Præterea, si boni Christiani sumus, nihil aliud velle debemus, quam quod vult Deus; si ergo ille voluerit defunctum nobis auferre, quidni & nos velimus? Cur ergo non exclamamus cum S. Hieronymo. (ad Paulam de obitu Blesillæ.) Bonus est Deus; & omnia, quæ bonus facit, bona sunt, necesse est. Mariti orbis irrogatur; plango, quod accidit; sed quia sic placet Domino, a quo animo sustinebo. Vnicui raptus est filius;

durum quidem, sed tolerabile, quia sustulit ille, qui dederat. 2. Si ipse defunctus attendatur; vel bonus is fuit, & bene defunctus est, vel malus fuit, & malè obiit: *Si bene,* lætandum potius est, quam tristandum; nam ut S. Chrysostomus Hom. 23. in Matth. ait *illum abuisse in prætoria florentia cum putes, in gentes cur adversum te suscitatus fluctus tempestatis? hic autem fluctus presentis vitæ perma- gavit.* Si ad imperandum, regnandumque hoc caduco mortali que regni filius tuus abisset, nolles eum inde redire, ut ipsum videres: nunc verò cum ad meliora, majoraque regna processerit, parvi temporis absentiam ferre non poteris? Noli ergo plorare; reddidisti enim depositum, quod tibi creditum erat. Præterea, si tu cum amantissimo amico in carcere constitutus esses; & illi à Rege gratia fieret, atque ex carcere in aulam transferretur, ut ibi continuis deliciis frueretur: an tu doleres, vellesque eum in carcere retinere? minimè profectò, si verus amicus esses. Ecce Deus amicum tuum ex carcere corporis eduxit ad gaudia cœlestia; & tu eum ab his impedire velles? *Sive rò malus,* dolendum iterum non est; quia pejor evasisset, si diutius vixisset, atque adeò majorem pœnam incurrisset: quod Deus prævidens rapuit illum; Unde Tertullianus cap. 9. de patientia. *Christum laedimus,* inquit, *cum evocatos quosque ab illo quasi miserandum non aquanimiter accipimus.* Certè Deus & Beati non minùs amicum tuum, quam tu; & tamen illi etiam in tali casu constitutum non lugent, sed potiùs divinæ justitiæ & voluntati acquiescunt; neque tu etiam, si aliquando veneris eò, aliter facies: cur ergo non jam quoque facere possis, & facias, quod ibi quondam facturus es? Si seipso afflicti attendant, nec dum habent causas dolendi; nam loco amici hujus aut filii, ipsum Deum habent, qui ipsos solari vel adjuvare possit, ergo meritò illi dici potest, quod Reg. cap. 1. Elcana Annæ uxori dixit: *Anna cur fles? & quare non comedis? & quam ob rem affligitur cor tuum? nunquid non ego melior tibi sum, quam decem filii?* Nimirum vanum auxilium & solatium illi subtraxit Deus, ut in illo tanquam fonte sinceriora quærant, cum ergo tam salutaris consilio non acquiescant? Jubeat item meminisse, quantum curarum causa fuerit defunctus; quantum impedimentum in divino servitio: hoc certè agnovit Melania Junior, de qua S. Hieronymus scribit, quòd valente adhuc marito corpusculum & nec dum humato, duos simul perdiderit filios; quo tamen in eorum su lachrymam non fudit, sed stetit immobilis, & ad Christi pedes devoluta quasi ipsum teneret, arrisit, & dixit: *Expediit tibi nunc servitura sum Domine, qui tanto me onere liberasti.* Tandem ostendat, cum spes sit, defunctum talem in cœlestem aulam

receptum

receptum
habeant.
movere.Proderit
forti animi
Virginis,
S. Sympho-
Mauritii,
clamavit:Revoce-
lore, ante
sunt, cum
expectant

Quo

Talis bene
repetiverit
Dominus de-Ostenda
destinatio-
nit: & qui
mater si io-
nus ligna su-
quos amatDeclare
hanc jactu-
cum agi ex-
promittat,
in gratiam
trum? hoc
rituale adu-
ra in adulte-
adulterum
divitias ab-

receptum eſſe, gratulari ipſos debere, quòd ibi tantum amicum habeant, qui & velit, & poſſit plurimum ipſorum commoda promovere.

2.

Proderit aliqua exempla afferre eorum, qui mortem amicorum forti animo tulere; quale ante omnia alia eſt exemplum beatiffimæ Virginis, S. Jobi; matris Macchabæorum, S. Felicitatis, & S. Symphoroſæ, quæ ſeptem filios martyrio affici coram ſpectavit; Mauriti, qui ad ſingulos icſus, quibus filii interimebantur, exclamavit: *Iuſtus es Domine, & rectum judicium tuum.*

3.

Revocet in memoriam, quòd talibus amicis caruerint ſine dolore, antequam ii nati eſſent; cui ergo non etiam nunc carere poſſint, cum ii ampliùs non exiſtunt? Imò in coelis magno gaudio expectant ipſos, & ipſorum patrocinium ſuſcipiunt.

S. IO.

Quomodo conſolandi ii, qui temporalium rerum jacturam paſſi ſunt.

1.

Illis bene oſtendere cõnetur, quòd Deus, id quod ſuum erat; repetiverit; horteturque ad eò, ut cum S. Jobo cap. 1. dicant: *Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſit nomen Domini benedictum.*

2.

Oſtendat, hanc jacturam eſſe ſignum dilectionis divinæ & prædeſtinationis ad gloriam; nam ut vitator putat vites, quas diligit; & qui avem amat, & retinere deſiderat, alas ei amputat; & mater ſi iò cultum ſubtrahit, ne ſemetipſum lædat; & Dominus ligna ſubtrahit, ne domus omnino comburatur: Ità Deus iis, quos amat, temporalia ſubtrahit bona.

3.

Declaret illis, quàm miſericorditer cum illis agat Deus per hanc jacturam puniendo; quæ enim adultera non clementer ſecum agi exiſtmet, ſi maritus tantum adulterum auferat; & ſimul promittat, ſe, ſi illa patienter ferat hanc ablationem, non modò in gratiam eam recepturum, ſed ingentibus etiam donis ditaturum? hoc autem facit Deus, divitias ab anima, cum quibus ſpirituale adulterium commiſerat, auferendo. Si ergo nulla adultera in adulterio deprehenſa, dicere audet marito: relinque mihi adulterum, ut pergam cum eo jus tuum lædere; quomodo anima divitias ablatas repetere à Deo audebit?

c 3

4. Demon-

receptum

4.

Demonstret ingens illis beneficium esse collatum per divitiarum ablationem; si enim divitiæ sunt spinæ suffocantes semen verbi divini, si sunt laqueus diaboli trahens in sempiternam mortem, si sunt cancer ad vitalia animæ serpens, & mortem causans spiritualem; si sunt lapis animam pondere curatum & peccati opprimens: quidni magnum sibi beneficium collatum existimabit, a quo hi laquei, & spinæ ablatae sunt; cui cancer iste sine scissione ademptus est?

5.

Hortetur, ut oculos convertant ad veras divitias, scilicet ad virtutes & bona opera; item ad cœlestia gaudia, quæ ipsis invitæ auferri non possunt, uti nec ipse Deus, sic certè leviter ferent jastram temporalium exemplo primorum Christianorum, ad quos S. Paulus Hebr. c. 10. scribit: *Rapinam honorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam.* Quis non libenter agrum suum grandine destrui sineret, si grandis aurea esset? talis autem grandis est tribulatio, qua per illam regnum cœlorum emimus. Jubeat ergo meminisse verborum S. Davidis verborum: *Euntes ibant & flebant, mittentes in mina sua (offerentes pecunias, quæ ipsis vel à magistratu, vel ab hoste auferebantur) venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos,*

6.

Denique jubeat sperare, quòd, sicut Dominus Jobo dupliciter restituit, ita & ipsis possit, & verò etiam velit (si ita ipsis utile fore videbit) dupliciter restituere; certè necessaria non negabit; neque enim ad solos Apostolos & Religiosos, sed omnes alios, qui cum patientia & charitate dimiserint bona sua, pertinet illa Domini promissio: *Omnis, qui reliquerit domum aut agrum, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit.* Matth. 19. Audiant ergo S. Augustinum dicentem in Psalmum 34. *Illud quare, qui deesse non potest. Subtrahuntur, quæ dedit; nunquid subtrahitur, qui dedit?*

S. II.

Quomodo consolandi sint, qui detrimentum famæ vel honoris passi sunt.

I.

ANte omnia alia jubeat Sacerdos, ut tales Christi exemplum proponant & quasi dicentem audiant: *Si Dominum Beelzebub*

voca verum

voca verum
Ego quidem
Imò confite
ment. deb
pererè tur
stari debent

Hortetur
sa à Deo ex
spiranti: I
contradictat

Per suad
est in ocul
senciant ho
si alii agr
obscurum
leonem, c
quem dice
ret, si om
penderet?
sè Thom

Hortetur
tem inde
sic enim h
egre fert,
gnatur, si
quantur.

Ostend
temnatur
gnitatem
plenum, c
pere hono
no mitter
& honore
ci sunt.

Ost

vocaverunt, quantum magis domesticos ejus? Matth. 10. Dicant itaque: Ego quidem juſte hoc patior, Dominus autem quid fecit? Lucæ 23. Imo conſiderare jubeat, quàm multi ipſum etiam Deum blaſphemant, debitumque ei honorem negent: ſicuti ergo Deus nihil propterea turbatur & dolet, ita nec ipſi, qui injuriam paſſi ſunt, triſtari debent.

2.

Hortetur, ut meminerint illam injuriam aut verba contumelioſa à Deo exiſſe, & permiſſa eſſe; dicant ergo animæ ſuæ vindictam ſpiranti: Dominus præcepit ei, ut malediceret mihi, & quis eſt, qui contradicat? obmutui, quia tu feciſti.

3.

Perſuadeat illis, tantum & talem eſſe quemque, qualis & quantus eſt in oculis Dei; parùm ergo curandum eſſe, quidquid de illo ſentiant homines: neque enim propterea æger eſſe quis incipit, ſi alii ægrum dicant; neque Sol ſplendorem ſuum amittit, ſi aliqui obſcurum eum eſſe aſſerunt; neque propterea, quòd aliqui aſinum, leonem, capram vocent, talis erit. Verbo ſi cuncta contra aliquem dicerentur, quæ fingi malitiſſimè poſſent, quid ipſi noceret, ſi omnino tranſire permitteret, nec plus, quàm feſtucam perpenderet? nunquid vel unum capillum extrahere poſſent? uti reſpòde Thomas Kempenſis l. 3. c. 46. diſcurrit.

4.

Hortetur, ut is, qui injuriam acceperit, peccata ſua & vilitatem inde exortam bene perpendat; ut verè nihilum ſe agnoſcat: ſic enim haud difficulter contemni & inſirmari ſe ſinet; quis enim ègrè fert, ſi in nihilum verba contumelioſa jaciuntur? quis indignatur, ſi de ſterquilinio, de ſtulto parùm honorificè homines loquantur.

5.

Oſtendat illitantam eſſe dignitatem, ſi quis injuriatur & contemnatur, ut erubeſcere potius deberet, quòd Deus ad talem dignitatem eum evehat, quid enim dignius; quid magis majeſtate plenum, quàm ipſi Chriſto orbis Servatori ſimilem fieri? quanto pere honoratum ſe crederet is, cui Rex veſtem proprii filii ſui dono mitteret, eamque induere juberet? hoc autem beneficium & honorem exhibet DEUS illi, quem contemni & injuriis aſſiſci ſinit.

6.

Oſtendat, quàm nihil proficiat, mutuas injurias & convitia

reponendo. Id profectò eleganter hâc similitudine declaravit S. Chrysostomus c. 5. in Epist. ad Thessal. *Convitiatus est qui quam vituperavit? tu claude os tuum: si enim illud aperueris, concitabis magis ventum hunc, non vides in adibus, quòd, quando e regione dirigitur, ètò dua janua opposita sunt, & status vehemens irruerit; si alteram clauseris, nihil efficiat status, sed plurimum de illius robore praecidat. Ita & hîc dua sunt janua, ostium & os illius, qui te vituperat & probro afficit: Si tuum occluseris, & spirationem non dederis, committet istum flatum extingues; si verò aperueris, effranis reddetur. Dicitur ergo, quisquis injuriam passus est: Posui ori meo custodiam; cum confisteret peccator adversum me, obmutui & humiliatus sum, & sibi à bonis. Hoc enim silentio duo insuper commoda consequuntur. Primum est, quòd sic magis se vindicet de lædente; nam ut S. Ambrosius lib. 2. de offic. c. 3. ait: Si taceas, si dissimules, & nolit dicere (convitiator) quid taces? loquere, si audes; sed non audeas mutus es, elinguem te feci. Si ergo taceas, plus rumpitur; victum reputat, illusum, posthabitum, ac irrisum. Si respondeas; superbia rem se factum arbitrat, quia pacem invenit. Secundum est, quòd ipsa taciturnitate famam sibi hominis virtuosi faciat, quâ famam non potest esse præstantior; sicut enim si dolium percussum, sonum edat ad minimum istum, vacuum esse colligimus; si verò non resonet, plenum esse dicimus; ita plenos gratia & fortitudine existimamus esse, quos ad injurias tacere advertimus. Hinc Ecclesia de SS. Martyribus canit: *Non murmur resonat, non querimus gloria, sed corde tacito, mens bene conscia conservat patientiam.**

7.

Non parùm etiam proderit, eos, qui injuriam inferunt, considerare quasi infantes, phrænicos, insanos, &c. quod medium S. Basiliius hom. 10. de ira suggestit, dum dixit: *Si parvus puer tibi verbis contumeliosis peteret, occasionem tibi potius ridendi daret. Quis si phrænesi captus, & sensu excidens verba vitæ incompota & stultissimaque vera dicat, misericordiâ potius, quàm odio dignus erit.* Hoc medio usus est Christus, dum in Cruce dixit: *Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt,* Luc. 23. Eodem usus est & Seneca, hinc quibsdam sibi oblatrantibus dixit: *Moverer, si iudicio hoc facerent; nunc morbo faciunt. Non de me loquuntur, sed de se.* Præterea linguâ alienâ loquenti (juxta commune adagium) obscurum descendendum est; atqui lingua convitians non est Christiana, sed Diabolica (nam ut bene advertit S. Hieronymus ad S. Eustochium: *Ira scilicet hominis est, frantum iracundia imponere Christiani*) ergo tacendum est potius, quàm loquendum.

8. De

Declare
gendum
liorem, &
perant, q
ritatem pro
suam comm
mino viam

D Uae
delict
impendet
erit, prou
ber geistli
quibus seq

C Um S
qui d
que tempo
bmissis:
car, hanc
nâ manu in
cinam plur
itas, refig
tia, integri
similes alia
se discipulu
que è carce
equitatem
ne, & recte
S. Ephrem

Doceat
potissimam
qua tonitru

8.

Declarat, si famam recuperare velit, patronum optimum eligendum esse, qui hoc officium præstet, neminem autem esse meliorem, & peritiorum DEO utpote cui mille juvandi artes suppetant, quique plurimis documentis suam in hoc negotio dexteritatem probârit; suadeat ergo, ut illi afflictus cum silentio causam suam committat, audiatque S. Davidem innotentem; *Revela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet*, Psal. 36.

§. 12.

Quomodo cum captivis agendum.

DUæ sunt captivorum sortes. Prima eorum, qui ob leviora delicta captivi tenentur. Secunda eorum, quibus ultimum impendit supplicium: cum utrisque cautè & prudenter agendum erit, prout fusius docent varii libri hunc in finem editi, maximè Parisiæ Geisliche Trostbrunnen Patris Georgii Vogleri, & similes, ex quibus sequentia in compendium sunt redacta.

De captivis primi generis.

I.

CUM Sacerdos audierit, aliquem in carcere captivum teneri, qui diutius ibi detinendus videatur, studeat illum primo quoque tempore visitare; utaturque tempore & occasione à DEO commissis: atque idèd antè omnia enitatur, ut captivus talis agnoscat, hanc suam inclusionem esse flagellum divinæ justitiæ, pater-nam manu in eum animadvertentis, & carcerem esse scholam & officinam plurium virtutum; in ea enim addiscitur & exercetur humilitas, resignatio in Dei voluntatem, Orationis studium, patientia, integritas conscientiæ, spes & fiducia in Deum ac sanctos, & similes aliæ virtutes. Hortetur ergo Sacerdos captivum, ut bonum se discipulum exemplo S. Josephi Patriarchæ exhibeat. mereaturque è carcere ad honores educi; curet item, ut justitiæ divinæ æquitatem humiliter agnoscens sæpiùs exclamet: *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum*, Psal. 118. Eum in finem exemplum S. Ephrem & Manassis Regis servire poterit.

2.

Doceat illum, tanti mali causam (uti & omnium aliorum) potissimum peccatum esse; uti enim è terra ascendit materia, ex qua tonitrua & fulmina homines percucientia generantur: ita in

scelos quoque homines materiam iræ divinæ, scilicet peccata mittunt, unde S. Chrysostomus; *auferamus, ait, malorum fontem. Et omnia malorum sistunt fluentia.* Hortetur ergo captivum, ut velut obediens filius agnoscat paternam charitatem, & carceris pœnam cum patientia & resignatione accipiat; sic enim & Deum ad parcendum citius permouebit, & suam ipse pœnam leuius tolerabit, nam, ut S. Gregorius lib. 10. mor. c. 5. ait. *Quasi aqua ignem extinguitur, cum surgente furore animi sua cuique ad mentem culpa revocatur.* Et dolor flagelli temperatur, cum culpa cognoscitur, quia tunc quisque ferramentum Medici patientius tolerat, quando magis putridum esse conspiciat, quod secat. Certè facilis erit consolatio, ut idem Doctor ait, si inter flagella, quæ patimur, delicta, quæ fecimus ad memoriam reuocemus. Dicit ergo Sacerdos captivo: *Quod meriti pateris, patienter ferre memento.*

3.

Suadeat captivo, ut, quo facilius ferat captiuitatem, in carcerem præmittat duos nuncios: cognitionem scilicet purgatorii & inferni, quorum utrumque per peccatum suum meritis fuerat; neque dubitare jubeat, quin leuis quantacunque carceris molestia sit futura. Ità S. Chrysostomus promissit, dum dixit: *si terribile aliquid videris, cogita gehenam, & illud deridebis.* Certè Monachus quidam, qui in infernum viderat, ultra se per duodecim annos inclusus nullius admittens colloquium, donec tempus moriendi ad venerat, uti Jo. Major in Spec. Ex. dist. 2. ex. 246. refert.

4.

Reuocet illi in memoriam commune illud proverbium: *Animus magis est, ubi amat, quam ubi animat;* hortetur ergo illum, ut ipse in paradysum mente deambulet; sic enim carceris molestia non sentiet.

5.

Sanctorum exempla, qui carceres cum gaudio inhabitauerunt, proponat videlicet S. Josephi Patriarchæ, SS. Petri & Pauli, S. Joannis Baptistæ, &c. de quorum captiuitate loquens S. Chrysostomus hom. 5. de pat. Job. ait: *si mihi quisquam dixisset, elige, utrum velis: vis esse Angelus Petrum solvens, an Petrus vincetus? Petrus mihi que esse maluissem.* Majus hoc vinculorum donum est, quam solui se habere, aut mundum mouere, aut dominari demonibus, eosque repellere. Neque obstat, quod hi non propter scelera inclusi fuerint; nam qui illis carcer honorificus fuit propter DEI amorem, is illis honorem afferre similem poterit per iustitiam & humilitatem. Et præterea quod carceri huic ad martyrium

est; ipsa
psam ob
eliciat, v
periclitetur
ritis que p

Magi
genim tristit
tur aditus
cum recita
bens indul
& alias sim
captivum q
udes, non
men legero
Christi au
fferetur l

Si potes
circa hos
na, &c.
ationis ex
uis success

A Nte s
variis
minum vin
obstinati s
& tum seri

Curet,
ta, &c. h
ei se aperia
citer nego
spectum h

Ante
dec

est, ipsa voluntas desiderio suo supplere potest. Atque hanc ipsam ob causam suadendum ipsi est, ut vel maturè contritionem eliciat, vel etiam omnino Confessionem faciat (si capite non periclitetur) nè per peccatum mortale obicem satisfactioni, meritisque ponat.

6.

Magnopere curet, ut talis captivus otiosus non sit; sic enim tristibus & nocivis cogitationibus, tentationibusque aperitur aditus. Itaque suadeat frequentem rosarii, aliarumque precum recitationem, subministret illi imaginem piam, numisma habens indulgentias, commendet ei studium in animas purgatorii, & alias similes devotiones. Quandoque etiam prodesse, talem captivum opere manuali occupare, sunt enim plerumque homines rudes, non assueti occupationibus mentalibus vel librariis; si tamen legere norunt, utiliter illis liber aliquis spiritualis v.g. vita Christi aut Sanctorum, de æternitate, de morte, de patientia, &c. offerretur legendus.

7.

Si potest, allaboret, ut etiam opera misericordiae corporalia circa hos non intermittat, succurrendo emendicantæ elemosinæ, &c. Sic enim & reum sibi devinciet, & aliis pulchrum æmulationis exemplum relinquet, atque ab ipso Deo felicem conatibus suis successum impetrabit.

De damnatis ad mortem.

I.

ANTE sententiam, visendi erunt frequenter, cum plerumque variis tentationibus agitentur; & ex altera parte pluribus criminum vinculis impliciti, rudesque rerum piarum, & sæpè etiam obstinati sint. Proderit ergo prius totum statum Rei cognoscere, & tum seriam pœnitentiam disponere.

2.

Curet, ut ob suum Zelum, aptas datas doctrinas, exempla vitæ, &c. habeatur à Reo in magno honore, ut tantò postea facilius ei se aperiat; si enim ignotus accedat, timendum est, nè minùs feliciter negotium succedat, & Confessarium talem Reus semper suspensum habeat.

3.

Ante latam sententiam non expedit ejus audire Confessionem.

nem, ne timore supplicii peccatum reticeat. Hortetur tamen interea Sacerdos ad recitationem Rosarii, aut aliarum precum subministret pios libellos, suadeat præparationem ad Confessionem generalem; doceat, quâ ratione se manè & vesperi Deo commendare debeat; quomodo saltem animo adesse divino Sacrificio quâ ratione in voluntatem Dei se resignare, quomodo animarum purgatorii meminisse, & consideratione vel cœlestium gaudiorum, vel inferorum cruciatuum se solari possit.

4.

Non recipiat in se vitæ servandæ aut supplicii remittendi patrocinium, quia sic Reum non posset tam commodè disponere ad seriam pœnitentiam, accuratamque Confessionem: semper enim reus haberet spem vitæ à Confessario obtinendæ: quòd si hæc spes cadat, abalienabitur ab eodem, utpote qui causam suam non bene egerit. Poterit tamen in genere promittere, se nihil omitturum, quod in illius commodum cedere possit: quia tamen Iustitiæ cursus suos relinquendus, & Magistratus tum propter obligationem, quam habet scelera puniendi, tum propter maturam considerationem, quam in huiusmodi causis adhibet, non facile mutent sententiam, idèd suadere se dicat, ut in divinam voluntatem se penitus resignet, & quòd prævisa tela minùs feriant, ad quamcunque sententiam de manu Judicis non aliter atque de manu ipsius Dei accipiendam se præparet.

5.

Adhortetur illum sedulò, ut hoc tempore à Deo in subsidium animæ concessio utatur serìo, sæpius eliciat actum contritionis (quem in finem, si rudis sit Reus, proderit conceptis verbis præterire aut quærere ex ipso, num doleat de peccatis, eò, quòd Deum velut summum bonum super omnia à se dilectum tam graviter offenderit) imitetur SS. pœnitentes, ut latronem in Cruce, S. Mariam Magdalenam, &c. quorum historias proderit recitare; suadeat insuper, ut Reus incommoda, quæ Iustitia injungit

Deo offerat pro peccatis suis, Christi doloribus uniat, pro animabus purgantibus pœnas suas, aut certè pro propriis peccatis offerat.

Cum in
sibi &
ibus, pœ

Ante

mo suscipi
per ministr
lexerit, t
entiam &
ium jure r
proinde aff
entationes
tantis mo
ocum hab
genere mo
e suâ supe
nimo. si
ta: potue
ad leniend
bonitas cla
Imperator
optio facta
multis mi
pote quos
Hortetur e
pere grati
ter subeu
plura & eff
ta plenum
tam & ad
mortis, ag
ei explicar
plicare, qu
audire; qu
damnati,
torem mu
que Deo a
proinde cu
in æternum

Pœnitentiam pœnitentiam

Post latam sententiam.

I.

Cum hoc in articulo versetur cardo salutis, Sacerdos Deum sibi & Reo placare, omni, quo potest, modo studeat, orationibus, pœnitentiis & subsidio spiritali ab aliis etiam expectito.

2.

Ante omnia disponat Reum ad sententiam iustitiæ æquo animo suscipiendam; ipse verò Reo non significet sententiam, sed per ministros iustitiæ significari curet; ex quibus, ubi eam intellexerit, tum primum conetur eum potentibus argumentis ad patientiam & resignationem excitare: inter quæ argumenta primum jure merito locum habet Christi patientis exemplum; quod proinde assidue ipsi ob oculos ponendum est, per quæ illud omnes tentationes, quæ, siue ex genere, siue causa, siue aliis circumstantiis mortis decretæ oriuntur, solvendæ. Proximum ab hoc locum habet Sanctorum exemplum, maximè eorum, qui simili genere mortis obierunt, aut qui imbecillitatem sexûs, fortitudinem suâ superârunt: horum ergo velut agmen obijciendum est Reo primo. simul quæ illa S. Augustino olim facta admonitio adjicienda: potuerunt isti & istæ; & tu non poteris? Vehementer etiam ad leniendum Rei dolorem prodest, si singularis Dei erga ipsum bonitas clarè demonstratur, quâ ei gratiam fecit, quam Mauritius Imperator olim pro speciali beneficio habuit (dum scilicet illi optio facta est, commissum scelus in hac aut altera vita luendi) & multis millibus hominum sceleratorum Deus non concessit; ut forte quos miserâ & improvâ morte in sceleribus obire permisit. Fortetur ergo, ut pro tanto favore non tam verbis, quàm ipso opere gratum sese exhibere conetur Reus, atque ad mortem fortiter subeundam tantò accuratius se disponere studeat, quantum illa & efficaciora ipsi media Deus ad hunc finem concessit, puta plenum rationis usum, carentiam dolorum corporis, præsentiam & adhortationem continuam Sacerdotis, præsentiam horæ mortis, agonis brevitatem, & similia, quæ proinde paulò clariùs explicanda sunt. Tandem plurimum conducet, graviter explicare, quàm terribilem sententiam, coram quanta multitudine audire; quàm gravia, eaque æterna tormenta sustinere debeant damnati, quæ & ipse promeritus quidem fuisset, sed nunc in minore mutata est pœnam. Fortiter ergo sustineat illam, gratiasque Deo agat, quòd tam clementer cum illo procedat; exclamet proinde cum S. Augustino; *Domine hic ure, his seca*; modò parcas in æternum. *Non sunt condigna passiones hujus temporis ad damnatorum pœnam, quæ revelata est nobis, Rom. 8.*

3. Ante

3.

Ante omnia, Confessionis & Eucharistiæ Sacramenta ritè suscipienda erunt. Pro Confessione autem hæc notanda sunt ex Laymanno lib. 8. Tract. 6. c. 5. *Primum*, secundùm probabiliorem sententiam Reum non esse obligatum ad manifestandum crimen morte vel mutilatione dignum, si intelligat; illud plenè probari non posse. *Secundum*, post latam à iudice sententiam desinere in Reo obligationem confitendi criminis, quod antè, quamvis injustè, negavit, quia finito iudicio, finitur etiam obligatio Rei. *Tertium* est, Reum ad vitanda gravia tormenta posse sinè peccato crimen etiam capitale sibi imponere; quia vita non est digna, ut tantò dolore servari debeat; imò posse etiam jurare æquivocando, docent teste Diana p. 3. tit. 3. ref. 7. communiter Doctores cum Navar. hinc absolvi potest. *Quartum*, si notetur cum in tortura, vel aliàs detulisse innocentem; obligari ipsum debere ad restitutionem famæ, maximè, si innocentibus delatis impenderet periculum vitæ. *Quintum* est, ipsam mortem Reo in pœnam scelerum commissorum solere imponi, unde levis ipsis pœnitentià à Confessario imponi potest. *Sextum* est, evitandum esse Sacerdoti, ut, si Reus odium aliquod in iudicem aut partem adversam; aut testem habeat, id omne ex animò ejusdem evellere studeat.

4.

Si Confessarius satis manifestè intelligat, damnatum esse innocentem, ordinariè tacerè debet, nec monere Iudicem ob tres causas. *Prima* est, quia communiter frustra monebit; cum Iudex secundùm allegata procedat. *Secunda* est, si innotescat semel, tali modo Reum esse liberatum, timendum erit, nè alii sacrilegè crimen in Confessione celent ob similem spem mortis evadendæ. *Tertia* est, quia, si plures Reorum Confessiones audiens dicat, hunc vel illum esse innocentem, de reliquis verò taceat, Iudex colliget, reliquos esse reos; & crimen esse confessos.

5.

Reo per Confessionem expiato, & SS. Corpore Domini refectò præter Confessarium & ejus socium non expedit plures cum eò colloqui; ipsi verò de nulla re alia loquantur, nisi quæ ad salutem pertinet; omnem sermonem de amicis, parentibus, &c. præscindentes.

6.

Ultra duas horas colloquium non protrahatur; ut quies utrique detur ad respirandum; consulendum tamen hæc in re ipsius Reo voluntati & necessitati, qui si exoptet tale colloquium produci, parendum erit. Ut verò fastidium caveatur, proderit cum eodem nunc de rebus piis loqui, nunc recitare Rosarium, aut Litanias, aut alia

lias preces
liceturum ho
tunc, Reo
natur; recen
vibus Reis

Ultimâ no
mortis inimi
at diei sequ
bus exantla
ui, si necess
ationes & d

illucescen
crucis signo
entione op
auxilium San
erit Reus. I
as, conform
pera usque
ro ejus felic
andum. Spe
erò Spectat
etiam in du
bi earum fa

Caveat, n
interrogatus
pondeat, sui
fori aut
arritatem ho
narum mini

Curet, ut
dem, cum d
emper habe
ruum P. V
onem Dom
postolorum
es actus vari
necrationem f

has preces ; nunc familiariter admonere , ut quiescat, se interini-
cturum horas , & se in suis orationibus fore ejusdem memorem ;
tunc, Reo, quasi dissimulato, cum adstantibus de rebus sacris lo-
quatur, recenscat accommodatas temporihistorias, maximè de ali-
quibus Reis generosa morte defunctis.

7.

Ultimâ nocte imminente admonèbit Reum, ut dormiat; nè timor
mortis imminenti hominem nimis debilitet, & indispositum red-
dat diei sequentis necessariis admonitionibus, & imparem dolo-
ribus exantlandis. Expedi autem dormienti adesse quendam,
qui, si necesse sit, consolari queat; quia tunc magis crescunt ten-
tationes & desolationes.

8.

Illucescente fatali die, primâ sit cura Sacerdoti, ut formato Sa-
crificii signo, & invocato in vota DEO, eidem dies illa offeratur
attentione optimâ; uniatur diei, quo Christus passus est; implorerus
auxilium Sanctorum, præsertim Patronorum; & illius, cujus nomen
erit Reus. Detur opera, ut confiteatur iterum, lucretur indulgen-
tias, conformetur voluntas cum divina, & alia exerceantur pietatis
opera usque dum carcere educatur, solat. o erit magno, si indicetur
eo ejus felici morte jam litatum Deo; pro anima vèdò denuò li-
tandum. Spondeat quoque Sacerdos, se rogaturum plures, maximè
erò Spectatores post supplicium sumptum, ut pro eo preces & for-
eriam indulgentias aliquas (maximè mensuræ Communionis,
bi earum facultas est) offerre dignentur.

9.

Caveat, nè quidquam ad festinandam mortem proferat; imò
interrogatus à satellitibus vel aliis, an omnia sint absoluta? re-
pondeat, sui muneris esse, cum Reo de animæ salute agere, reliqua
sibi fori aut judicii non esse. Secundum Vasquez tamen irregu-
laritatem homicidii publici non incurrunt personæ privatae, sed
solum ministrum justitiæ.

10.

Curet, ut, cum educitur Reus, ejusque scelera publicentur;
item, cum ducitur ad locum supplicii atque ad eum pervenitur,
semper habeat preces commodas, quales peti possunt ex Trost-
runn P. Vogleri & aliis, quamvis valde suaserim, ut ora-
tionem Dominicam, & Salutationem Angelicam cum Symbolo
apostolorum frequenter recitando præeat, & subinde convenien-
tes actus variarum virtutum immisceat. Sæpè etiam SS. Passionis
orationem faciat, atque in memoriam revocet, quomodo Chri-
stus.

stus raptus fuerit ad tribunalia, eductus, crucifixus, &c. suasque actiones uniat illius actionibus.

II.

Cum fertur sententia decretoria, hortetur Reum, ut eam cum humilitate & resignatione magna, de iustissima Dei manu accipiat, rogetque Deum ardentibus suspiriis & verbis ferventibus, ut intuitu hujus feralis sententiæ dignetur eum à sententia mortis æternæ liberare.

12.

Cum Reus ad mortem pergit, summopere curandum est, ut oculis huc illuc vagetur, obvios salutet, aut alloquatur, maxime amicos aut consanguineos, sed totis viribus in unam animæ salutem incumbat. Si transeundum sit propè templum vel Crucem, juvabit Christum vel sacramentum inclinato capite, aut forsitan etiam flexo poplite venerari, & opem gratiæ divinæ exposcere.

13.

Proderit in eam funesto itinere orare continuò: quod ut fito, & 1. suavius, nunc è bello precès recitentur, nunc è memoria prostram animæ affectus distaverit, actus virtutum eliciantur, præsertim Contritionis, Fidei, Spei, resignationis, invocationis, &c. sæpe. 4. Alii enim clamare non expedit, quia non raro magis turbatur animalia. 5. Reus Rei, & quòdam horrore percellunt: vociferationes hujusmodi non curet, ut manibus teneat Crucem, circumligatum si Rosarium, si quidem manus post tergus non sint revinctæ, tum enim ipsam Crucem ferat, & sæpius offerat deo sculandam.

14.

Cum in conspectum loci fatalis venerit, conetur Reo ad immetens horrorem, vel minuere certè. Proderit exemplum S. Andrea à memoriâ revocare, & explicare, quo animo Christus montem Calvariæ conscenderit. Juvabit etiam frequenter tum repetere voces illas: *Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra; Domine, quod ego volo, sed quod tu. Domine, hic ure, hic seca; modo parati in æternum. Etiam si occiderit me, in eo sperabo.*

15.

In ipso loco denuo & magno cum affectu interroget, num animum aliquid cruciet, vel remordeat conscientiam? num iterum confiteri velit? an aliâ quâpiam tentatione impugnetur? Ad hoc hortetur exquisitis verbis ad Iustam ultimam, quæ si victor evadat, triumphaturus sit in æternum. Iterum quærat, num omnibus ignoverit: ingeminentur actus contritionis, resignationis, virtutum Theologicarum; offeratur osculum Crucis, & ejusdem ad pectus amorosa appressio.

16. Ut

neum recipi
memoriam
patientiam
ESUS, MA
spiritum meum

17. Si f

mpiar confite
etere posse à
spectu anim
dit modus,
Confessionis.

18. Q

doctor cense
um ex malit
nunciat. T

1. Alii enim clamare non expedit, quia non raro magis turbatur animalia. 5. Reus Rei, & quòdam horrore percellunt: vociferationes hujusmodi non curet, ut manibus teneat Crucem, circumligatum si Rosarium, si quidem manus post tergus non sint revinctæ, tum enim ipsam Crucem ferat, & sæpius offerat deo sculandam.

Cum Re
tores no
impetrent an
sit.

2. Quia t
conducat, b
bonam filior
& cultum Nu
monstrando
obstupescun

16. U

16. Ut majori cum alacritate vel ictum excipiat, vel laqueum recipiat, rursus polliceatur noster, se illius post mortem memorem futurum; nec unquam desistat à cohortatione patientiam. Curet, ut sæpè ingeminet illa SS. nomina **IESUS, MARIA!** Et illa: *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.*

17. Si fur ad suspendium damnatus, dum scalas ascendit, cupiat confiteri, censet doctus quidam Theologus, Sacerdotem vel petere posse à Judice, ut eum rursus demittat; quia Confessarius respectu animæ in Reum jus habet fori interni: vel si nullus alius esset, non desistat, sed sit illi modus, eminens eum absolvere posse propter datum signum confessionis.

18. Quòd si Reus omnino nunquam confiteri vellet, idem doctor censet, ipsum posse invitum, & non confessum plecti; tum ex malitia & non tantum ex fragilitate in tale periculum se conjiciat. Tentanda tamen prius sunt omnia cum tali obstaculo, & 1. Horandus etiam flexis genibus, si opus erit ad salutem animæ. 2. Recensendæ tragicæ historiæ impenitentium, Inferorum pœnæ, &c. 3. Irato vultu discessus simulacri. 4. Alius Reus admonendus, ut illi meliora suadeat concilietur. 5. Redeat Sacerdos, & excuset factum; ostendat spem futuræ salutis & consilii; paratum se sanguinem pro ipsius salutem fundere, si fieri possit, & Deus velit. 6. Si nihil hæc proficiant, cum adstantibus pro eo orandum erit, & Reus monendus, ut idem faciat. 7. Si neque his aliquid proficiat, non desistat, sed in ipso etiam fatali loco eum suæ salutis admoneat.

Post mortem Rei.

I.

Cum Reus vitâ excesserit, pro ipso circumstantes spectatores hortetur, ut **DEUM** pro anima defuncti rogent, & impetrent animæ liberationem, si fortè quid ei solvendum sit.

2. Quia tum horrore supplicii animi benè sunt dispositi, valde conducet, brevem habere exhortatiunculam, quâ parentes ad bonam filiorum educationem, filios ad obedientiam parentibus, & cultum Numini præstandum, alios ad timorem Dei excitet, demonstrando amaros peccatorum fructus, quibus omnium dentes obstupefunt.

16. U

3. Si qui Reo sint sanguine vel cognatione juncti, opus erit magis charitatis, eos invisere, solati, & significare quàm: hristianis obierit cognatus; admonere, ut animæ illius morerentur, eure legi Sacra, & aliis Christianæ charitatis operibus juvent.

ADDITAMENTUM.

Ex eodem Opusculo R. P. Tobia Lohner.

Quomodo peste grassante Sacerdos gerere se debeat.

I.

Noverit obligatum se esse ex justitia, manere apud suos Parochianos, nisi alium sibi substituat: imò etiam teneri, locum infecta adire, ad Sacramenta administranda iis in casibus, in quibus periculum animæ incurrunt Parochiani curæ illius commissi; quales casus ferè sunt sequentes. *Primus*, si infans natus esset, neminem haberet, à quo baptizari posset: si enim alius (etiam Laleus tantùm) adesset, non deberet se Sacerdos eum damnum totius Communitatis in apertum periculum conjicere, sed plerumque auxilio reservare. *Secundus* est, si peste infestus ita rudis esset, ut meritò dubitari possit, num Contentionem de peccatis perferre daretur, nisi probabile sit, illum (sive quia paulò antè, seu ante paucos dies confessus est, sive, quia aliàs timorata conscientia fuit) nulli peccato mortali obnoxium esse. Potest tamen in tali casu, si vel plures essent in eodem cubiculo, ut commodè unus sine altero auxiliari non posset, vel cerè periculum contagionis immineret, æger absolvi, si unicum peccatum vel mortale, vel veniale expressisset. *Tertius* est, si æger facultate loquendi destitutus, & de quo dubium esse posset, num in statu gratiæ sit, confiteri non posset, sed communicare tamen; tum enim tenetur Sacerdos ei SS. Eucharistiæ porrigere, tanquam probabile medium gratiæ in tali casu obtinendæ. In qua administratione non potest SS. Eucharistiæ in mensa ponere, ut ipse æger eam assumat; vel in orbe, aut patina illi offerre, sed ordinario modo porrigere debet. *Quartus* est, si æger festus, probabiliter tamen in statu gratiæ esse crederetur: tum enim juxta Tannerum, Filiutium, Granadum, Dianam, Præpositum tenetur etiam cum vitæ periculo Sacramentum hoc illi administrare (licet Hurtado apud Dianam contrarium sentiat) nisi ex morre Sacerdos

Sacerdos certum
nunc in primis
munitatis p

Novem
quentibus ad
manifesto pe
maturè sibi
Deo propter
Communita
justissimam h
sunt, intra de

ii, qui sani
conjiciantur
non versùs S
nem confessi

cedat, ut
inbelitum &
ut, si voc
nisi frigoris

ex odoriferis
Sextò, ut;
sunt, ex altera

corripendus
cessarium C
petitione

per hunc act
torum susce
sunt, maturè

cæteris effica
ta poenitent
Carolus B
Rosarium,

ad pestem a
cautelam in
media corp

adhiberi po
Præ
Sacerdos se

Sacerdos

ardotis certum & grave periculum toti Communitati immineret; tunc enim privatum hujus ægri commodum communi bono Communitatis postponendum esset.

2.

Noverit suas partes etiam esse pro Concione populum de sequentibus admonere. *Primo*, ut quilibet sibi persuadeat, se esse in manifesto periculo mortis, atque adeo per Sacramenta pie suscepta maturè sibi prospiciat. *Secundo*, ut, cum peste communiter à Deo propter peccata immittatur, quisque tum pro se, tum pro tota Communitate Deum placare studeat, & convenientibus mediis iustissimam hanc Dei iram avertere. *Tertio*, ut ii, qui peste correpti sunt, intra domos suas sese contineant, nè alii etiam inficiant; sed ii, qui sani sunt, non temerè cum infectis agant, & in periculum se conjiciant. *Quarto*, ut omnes, qui in templo consistunt, os non versùs Sacerdotem, sed versùs tabulam convertant aut imaginem confessionali appensam: neque tunc alii pœnitentes propius accedant, ut liberius Sacerdos & pœnitens cavere possint mutuùm ambelitum & respirationem, neque ab adstantibus audiantur. *Quinto*, ut, si vocaverint Sacerdotem ad ægrum, priùs aperiant fenestras (nisi frigiditas asperitas, aut nebulosus aër id impediatur) deinde igne ex odoriferis lignis, aut ramusculis excitato, aërem priùs purgent. *Sexto*, ut, si ex una parte nullius peccati gravioris sibi consciunt, ex altera verò parte cogitare possint, Sacerdotem contagione corripiendum si Sacramenta illis distribuatur, sicque subsidium necessarium Communitati subtrahendum, abstineant amore proximi petitione talium Sacramentorum, certoque sibi persuadeant, per hunc actum charitatis recuperaturos eos, quod ex Sacramentorum susceptione alioqui obtinuisent. *Septimo*, ut dum sani sunt, maturè se spiritualibus remediis contra pestem muniant. Præ cæteris efficaciora videntur ista: dolor sincerus de peccatis; operata pœnitentiæ; certæ preces ad B Virginem, S. Sebastianum, S. Carolum Borromæum, &c. maximè verò Litanæ Lauretanæ, Rosarium, vel ipsa etiam Salutatio Angelica recitata multis profuit ad pestem avertendam. *Octavo*, juverit etiam ostendere, quam cautelam in cura ægrotum suscipienda adhibere, & quæ ordinariè media corporalia ab ipsis etiam plebeis & pauperibus hominibus adhiberi possint.

3.

Præter industrias spirituales supra recensitas, quibus utique Sacerdos se ante omnes alios munire debet, alia etiam media &

34
Quomodo peste grassante

industriæ sedulo ab ipso sunt adhibendæ, quæ quidem à prudentibus viris sequentes plerumque habentur.

Prima est; ut summâ diligentia curet, nè unquam ad infectos jejunos accedat: itaque convenit, ut maturè celebret, dein jusculum, vel vinum medicatum sumat ex herba absynthii, scordii, cardui Benedicti, dictamni Cretici, corticibus citri exsiccati radicibus pimpinellæ; ex quibus sacculus vino impositum conficitur.

Secunda; ut infectos aditurus habeat vestem attritam; lanæ enim novæ, vel villosæ pelles plus periculi habent: interiores magis convenit esse ex corio, quàm lanças: omnes verò vestes postquam redierit, igne purgentur.

Tertia; ut manè al quas partes corporis oleo scorpionum, vel alio alexipharmaco illinat; v. g. circa cor, sub axillis, retro auriculas, ac denique ipsos pulsus. In ipso accessu ad ægrotum extrema labia, nares, tempora, balsamo vel aceto ad hunc usum confecto inungi debent.

Quarta est, ut antequam ad ægrum eatur, manus & facies aquâ laventur, cui permixtum sit acetum vel vinum in quo aliquæ herbæ odoriferæ maceratæ fuerint; quales sunt absynthium, salvia, rucha, melissa, Majoran, Hyssopus, Artemisia, spicanardus, &c. eadem herbæ si circa locum ægri sparsæ sint, & subinde moveantur, & conficientur, minus acrem infectum temperant. Idem præstat acetum aspersum subinde lecto ægri.

Quinta; ut, si infectus adeo æger non sit, & regionis ac locorum consuetudo permittat, ad januam domûs, vel aliquem locum patientiorem eum deferri jubeat.

Sexta; curet, ut ante ingressum suum æger in lecto componatur, ut commodè confiteri possit. Attendat insuper, nè æger multùm se moveat in præsentia sua, aut lectum aperiat, aut in lecto hinc inde se moveat. Non minùs ipse etiam Sacerdos ab omni contactu ægri abstineat, ideoque nec manum salutandi gratiâ porrigat, neque pulsus ægri exploret, neque locum infecta & carbunculos contrectet, nec etiam curiosè cupiat aspicere, nè forè inde horrorem concipiat.

Septima; sollicitè curandum est, nè Sacerdos ægri ambulatum excipiat; ex hoc enim facillimè hauriri potest venenum. Itaque sequentes cautelas adhibeat. 1. Supra ægrotum se non inclinet; si proinde lectus sit humilis, poterit vel super ligneum scabellum sedere, vel flexis genibus audire

fella autem

per pilos i

potius ad

so ægri,

ipsum & c

cedat. Fr

lovent: al

rebus odor

stent. Ap

rensis hab

tingantur t

xipharmac

Octava

nihil intern

ra sit necess

acta Sancto

rem in æg

quod si nec

uverit sub

patientiore

Nona; Q

erit; statim

heriaca, o

te venenum

quâvis min

Decima;

alum conf

videat Sac

se munire;

vel aceto,

gia aceto ve

spiritus sub

Undecim

nè, si foris

& nimio t

verò tantò

ponat præf

te potest,

comparetu

Duodecim

videtur, al

fella

ella autem ex panno villosa omnino non est admittenda, pro-
 pter pilos in ipsa inclusos. 2. Aurem ei non admoveat, sed
 potiùs ad vocem elatiorem ægrum hortetur. 3. Non ex adver-
 so ægri, sed potiùs ad latus vel à tergo consistat. 4. Inter
 ipsum & confitentem non procul ab ore candela accensa inter-
 cedat. Probantur maximè illæ candelæ, quæ majorem ignem
 lovent: aliqui Medici ad hunc usum speciales confecerunt ex
 rebus odoriferis, quæ scilicet ignem fovcant, & suffitum præ-
 sentent. Apud ditiores proderit plures candelas circa lectum ac-
 censas habere. 5. Os & nares vel obvolvantur, vel sæpiùs
 tingantur strophiole intincto in aceto Bezoartico, vel alio Ale-
 xipharmaco.

Oitava; Confessionem ita audiat, ut essentialiter quidem
 nihil intermittat; à supervacaneis tamen absteineat, nè longior mo-
 ra sit necessaria. Quam ad rem juverit efficacia quædam dicta vel
 dicta Sanctorum in promptu habere, quibus breviter & Continuo-
 rem in ægris, & patientiam ad tolerandum malum possit excitare:
 quod si necessitas Confessionis exigat longiorem moram, omninò
 juverit subinde aëris purioris recipiendi gratiâ fenestram, vel alium
 patentiorem locum adire.

Nona; Quàmprimùm aliquâ pestilentiore aurâ se inflatum sen-
 terit; statim sudorifero aliquo haustu, vel bolo, quales sunt ex
 theriacâ, ovo aureo, vel bezoare sudorem eliciet; & cum sudo-
 re venenum propellet: quod etiam, cum nondum infectus est,
 quâvis minimùm hebdomadâ est faciendum.

Decima; cum nonnunquam contingat, ut infecti etiam ad tem-
 plum confessionis gratiâ penetrent, pro majori securitate semper
 studeat Sacerdos penes se habere Amuleta, & aliis præservativis
 munire; minimùm verò tempora, os, nares inungat balsamo
 vel aceto, & perforatos nodulos penes se habeat, in quibus spon-
 gia aceto vel ex rutha vel oleo juniperi intincta sit, ut eorum odore
 spiritus subinde recreentur.

Undecima; juverit, si Sacerdos animum priùs corroboret,
 nè, si forsan præter ipsius expectationem veniat infectus, subito
 & nimio terrore afficiatur, & periculum indè sibi creet. Ut
 verò tantò minùs periculum mortis timeat, sæpè ob oculos sibi
 ponat præstantiam hujus charitatis; quàm ex eo satis collige-
 re potest, quod talis mors ordinariè à Doctoribus Martyrio
 compareretur.

Duodecima; postquam infectum aliquem audivit; consultum
 videtur, aliud quasi agendo à Confessionali domum se recedere, & se

ad ignem ramusculis juniperi excitatum purgare, faciem aceto aqua mixto lavare, auram liberam captare; quã re & sibi, & aliis consule. Si necessitas non urgeat, expedit idem Confessionale non repetere donec populo di'apso sedes per ignem, vel asperisionem, aut loquonem aquã ex rutha purgerur.

Tertiadecima; persona, quam constat esse infectam, moneatur, ut vel domum suam Confessarium vocet, vel eo tempore veniat, quo homines non sunt in templo: tunc enim extra Confessionale eam audire posset in tanta distantia, quã moraliter caret periculo.

Quartadecima; denique peste cessante, & se per divinam gratiam servato, gratias Deo debitas habeat, eique humili animo omnia quã egit, accepta referat, seque ad ulteriores casus præparet offeratque.

AUCTARII PARS TERTIA.

RITUS ADMINISTRANDI PRÆCIPUA SACRAMENTA, BENEDICTIONES ITEM, ATQUE ALIA MUNIA OBEUNDI,

PRÆMONITIO.

EXperientiã certum est, Virum Apostolicum Missionibus præsertim deditum, unius Ritualis defectum in functionibus suis obeundis non raro præpediri posse. Quare nè & hoc subsidio Bibliothecam hanc nostram destitutam esse sinamus; Coronidis loco hic sub calicem Opusculi, præcipuos quosdam Ritus, quibus in administrando Sacramentis, Benedictionibus, atque aliis muniis uti consuevit Mater Ecclesia, adnectere volumus. Eã ramen brevitate, ut quibus in ejusmodi functionibus generaliter servanda sunt, eorum notitiam præviam

præviam in Vir

Rituale ipsum

DE

Ritus

Omnibus opp

stolã violac

expectant,

N. Quid per

dos: Fide

am. Sacerdos;

ges Dominum

ex tota mente t

Deinde ter ex

co (vel ab ea) in

phlyto. Postea p

is, dicens: Acci

lume Fidem co

olum Dei jam

P. Reces nost

electum tu

petuã virtute c

vans, per custo

tiam pervenire

Deinde impo

O. Mnipoter

respicere

dimenta Fidei

eo expelle; d

gatus; aperi

turã imbutus,

vem odorem

proxiam in Viro Apostolico supponamus, aut saltem eundem ad
Rituale ipsum remittamus.

TITULUS I.
DE SACRAMENTO BAPTISMI.

Ex Rituali Romano.

§. I.

Ritus, seu Ordo Baptismi parvulorum.

Omnibus opportunè preparatis, Sacerdos, superpelliceo, &
stolâ violaceâ indutus, accedit ad limen Ecclesiæ, ubi foris
expectant, qui infantem detulerunt. Tum incipit :

N Quid petis ab Ecclesia Dei? *Patrinus respondet:* Fidem. *Sacer-*
dos: Fides quid tibi præstat? *Patrinus respondet:* Vitam æter-

nam. *Sacerdos:* Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata: Dili-
ges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, &
ex tota mente tua; & proximum tuum sicut teipsum.
Deinde ter exsufflet leniter in faciem infantis, & dicat semel: Exi ab
eo (vel ab ea) immunde spiritus, & da locum Spiritui Sancto Para-
clyto. *Postea pollice faciat signum Crucis in fronte & in pectore infan-*
tis, dicens: Accipe signum Crucistam in fronte † quàm in corde; †
in nomine Fidem cœlestium præceptorum, & talis esto moribus, ut tem-
plum Dei jam esse possis.

O R E M U S.

P Reces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi; & hunc
electum tuum N. Crucis Dominicæ impressione signatum per-
petuâ virtute custodi, ut magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ser-
vans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis glo-
riam pervenire mereatur. Per Christum Dominum. Resp. Amen.

Deinde imponat manum super caput infantis, ac dicat.

O R E M U S.

Omnipotens sempiternæ Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi,
respicere dignare super hunc famulum tuum N. quem ad ru-
dimenta Fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab
eo expelle; d'rumpe omnes laqueos saranæ, quibus fuerat colli-
gatus; aperi ei Domine januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ
tuæ imbutus, omnium cupiditatum scætonibus careat, & ad sua-
rem odorem præceptorum tuorum lætus tibi in Ecclesia tua de-

serviat & proficiat de die in diem. Per eundem Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Deinde Sacerdos benedicat saltem; qui semel benedictus aliàs ad eundem usum deservire potest.

Exorcizo te creatura salis, in nomine DEI Patris omnipotentis & in charitate Domini nostri Jesu Christi † & in virtute Spiritus sancti †; exorcizo te per Deum vivum † per Deum verum † per Deum sanctum † per Deum † qui te ad tutelam humani generis pro creavit, & populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari præcepit, ut in nomine sanctæ Trinitatis efficiantur salutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine Deus noster, ut hanc creaturam salis sanctificando sanctifices † & benedicendo benedicas † ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est iudicare vivos & mortuos, & seculum per ignem. Resp. Amen.

Deinde immittat modicum salis benedicti in os infantis, dicens: N. Accipe saltem sapientiæ: propitiatio sit tibi in vitam æternam, Resp. Amen.

Sacerdos; Pax tecum. Resp. Et cum spiritu tuo,

O R E M U S.

DEus Patrum nostrorum, Deus universæ Conditor veritatis, supplices exoramus, ut huoc famulum tuum N. respicere digneris propitius, & hoc primum pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quò minus cibo expleatur cœlestis quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nominis serviens. Perduc eum Domine, quæsumus, ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æternæ præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Exorcizo te immunde spiritus in nomine Patris † & Filii † & Spiritus sancti † ut ex eas, & recedas ab hoc famulo Dei N. Ipse enim tibi imperat, maledicte damnate, qui pedibus super mare ambulavit, & Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo vivo & vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, & Spiritui sancto, & recede ab hoc famulo Dei N. quia istum sibi Deus, & Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, fontemque Baptismatis vocare dignatus est.

Hic pollic
Crucis † q
quam aude
Resp. Am

Mos

Ter
te, h
tis, super h
ne intellig
ram, ut di
consilium
nostrum.

Postea S
introducit

N. Ingr
vitam æter

Cum fu
susceptorib

Credo
Ac deim

Exc
omnipote

Judicis n

hoc plasa

ctum suu

sanctus ha

venturus

Resp Am

Postea S
nare infan

Ephph
odorem su

enim judi

Postea S
N. Abren
Et omni
Et omni

Hic pollice in fronte signat infantem, dicens: Et hoc signum sanctæ Crucis † quod nos fronti ejus damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per eundem Christum Dominum nostrum, Resp. Amen.

Mox imponit manum super caput infantis, & dicit:

O R E M U S.

ATERNAM ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens æterne Deus, auctor luminis & veritatis, super hunc famulum tuum N. ut digneris illum illuminare lumine intelligentiæ tuæ; munda eum, & sanctifica: da ei scientiam veram, ut dignus gratiâ Baptismi tui effectus, teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Posteâ Sacerdos imponit extremam partem stola, super infantem, & introducit eum in Ecclesiam dicens:

N. Ingredere in templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam æternam. Resp. Amen.

Cum fuerint Ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad fontem, cum susceptoribus conjunctim clarâ voce dicit:

Credo in Deum Patrem, &c. Pater noster, &c.

Ac deinde antequam accedat ad Baptisterium, dicat:

Exorcizo te omnis Spiritus immunde in nomine Dei Patris omnipotentis, † & in nomine Jesu Christi Filii ejus, Domini, & Judicis nostri † & in virtute Spiritus sancti † ut discedas ab hoc plasmate DEI N. quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est, ut fiat templum Dei vivi, & Spiritus sanctus habitet in eo. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos & mortuos & seculum per ignem. Resp. Amen.

Posteâ Sacerdos digito accipiat de saliva oris sui, & tangat aures & naves infantis, tangendo verò aurem dextram & sinistram dicat:

Ephpheta, quod est adaperire. Deinde tangat naves dicens: In odorem suavitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim judicium Dei.

Posteâ interrogat baptizandum nominatim dicens:

N. Abrenuncias Satanæ? Respondet *Patrinus*: Abrenuncio.

Et omnibus operibus ejus? Resp. Abrenuncio.

Et omnibus pompis ejus? R. Abrenuncio.

Deinde Sacerdos intingit pollicem in oleo Catechumenorum, & infantem ungit in pectore, & inter scapulas in modum Crucis dicens:

Ego te linio ꝑ oleo salutis in Christo Jesu Domino nostro, ut habeas vitam æternam. Resp. Amen.

Hic deponit stolam violaceam, & sumit aliam albi coloris, Subinde pollicem, & inuncta loca abstergit bombacio vel re simili, & interrogat expresso nomine baptizandum Patrino respondente.

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ? Resp. Credo.

Credis in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum, natum & passum? R. Credo.

Credis in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum Communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam? R. Credo.

Subind: expresso nomine baptizandi, Sacerdos dicit: N. Vis baptizari? Resp. Patrinus: Volo

Tunc Patrino vel Matrino, vel utroque (si ambo admittantur) infantem tenente, Sacerdos vasculo, seu urceolo accipit aquam baptismalem, & de ea ter fundit super caput infantis in modum Crucis, & simul verba preferens, semel tantum distinctè & attente dicit:

N. Ego te baptizo in nomine Patris ꝑ fundat primò, & Filii ꝑ fundat secundo, & Spiritus ꝑ sancti, fundat tertio.

Vbi autem est consuetudo baptizandi per immersionem, Sacerdos accipit infantem, & advertens, nè ladatur, caute immergit, & trinâ immersione baptizat, & semel tantum dicit:

N. Ego te baptizo in nomine Patris ꝑ & Filii ꝑ & Spiritus ꝑ S.

Mox Patrinus, vel Matrino, vel uterque simul infantem de sacro fonte levant, suscipientes illum de manu Sacerdotis.

Si verò dubitabatur, an infans fuerit baptizatus, utatur hæc forma. N. Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris ꝑ & Filii ꝑ & Spiritus ꝑ sancti, ꝑ Deinde intingit pollicem in sacro Chrismate, & ungit infantem in summitate capitis in modum Crucis, dicens:

DEUS omnipotens, Pater Domini noster Jesu Christi, qui te regeneravit ex aqua, & Spiritu sancto, qui que dedit tibi remissionem omnium peccatorum (hic inuugit) ipse te liniat Chrismate salutis ꝑ in eodem Christo Jesu Domino nostro in vitam æternam. Resp. Amen.

Sacerdos. Pax tibi. Resp. Et cum Spiritu tuo.

Tum bombacio, & imbucione dicens:

Accipe vestimentum Domini. Resp. Amen.

Postea dat eum. Accipe lamina primium tuum nuptias, postquam lecti, habeas. Resp. Amen. Postremo dicit Amen.

Si verò fuerit in te chismo nascitur, & omnia pariter Verum primario, tactus auribus, unctio Oleo ipse Baptismum censa candelam fecerit fieri.

Si infans a se nè pereat antiprimum prae aquam super eum nomine Patris.

Si non habet dos utatur aqua. Deinde, si Deus omni ut supra.

Postea detur. Ac demum padem, ut fu

Tum hombatio, aut re simili abstergit pollicem suum, & locum inun-
ctum, & imponit capiti ejus linteolum candidum loco vestis alba,
dicens:

Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante
tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam æternam.
Resp. Amen.

Postea dat ei, vel Patrino candelam accensam, dicens:

Accipe lampadem ardentem, & irreprehensibilis custodi Ba-
ptismum tuum; serva Dei mandata, ut cum Dominus venerit ad
nuptias, possis occurrere ei unâ cum omnibus Sanctis in aula cœ-
lesti, habeasque vitam æternam, & vivas in sæcula sæculorum.
Resp. Amen.

Postremò dicit: N. Vade in pace, & Dominus sit tecum. Resp.
Amen.

Si verò fuerint plures baptizandi, sive masculi, sive femina; in Ca-
techismo masculi statuuntur ad dexteram, femina verò ad sinistram,
& omnia pariter dicantur, ut suprâ, in proprio genere, numero plurali.
Verum prima neminis interrogatio, exsufflatio, Crucis impressio, seu signa-
tio, tactus aurium, & narium cum saliva, abrenunciationis interroga-
tio, unctio Olei Catechumenorum, interrogatio de Fide seu Symbolo, &
ipse Baptismus, inunctio Chrismatis, candida vestis impositio, atque ac-
censa candela traditio, singulariter singulis, & primum masculis, deinde
fœminis fieri debent.

Si infans egrotus adeò graviter labores, ut periculum immineat,
nè pereat antequam Baptismus perficiatur; Sacerdos omissis qua Ba-
ptismum precedunt, eum baptizet, ter, vel etiam semel infundens
aquam super caput ejus in modum Crucis, dicens: Ego te baptizo in
nomine Patris † &c.

Si non habeatur aqua baptismalis, & periculum impendeat, Sacer-
dos utatur aquâ simplici.

Deinde, si habeat Chrisma, liniat eum in vertice, dicens.

Deus omnipotens, Pater Domini nostri JESU Christi, &c.
ut suprâ.

Postea det ei linteolum candidum dicens: Accipe vestem, &c.

Ac demùm det ei ceream candelam accensam, dicens: Accipe lam-
padem, ut suprâ. Si supervixerit, suppleantur alii ritus omissi.

§. 2.

Ordo supplendi omiffa super baptizatum.

Cum urgente mortis periculo, vel aliâ cogente necessitate parvulus, sacris precibus, ac caremoniis prætermiffis fuerit baptizatus; ubi convaluerit, vel cessaverit periculum, & ad Ecclesiam delatus fuerit, omiffa suppleantur: idemque ordo, ac ritus servetur, qui in Baptismo parvulorum præscriptus est. Excepto, quòd interrogatio, an velit baptizari, formaque Baptismi, & ablutio præmittuntur, & quædam orationes, & exorcismi suo quique loco immutati, ut infra dicuntur.

Sacerdos igitur antequam immittat salem in os baptizati, manum super caput ejus imponens dicit:

O R E M U S.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum N quem dudû ad rudimenta Fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo expelle; disrumpe omnes laqueos satanæ, quibus fuerat colligatus; aperi ei Domine januam pietatis tuæ, ut signo sapientiæ tuæ imbutus, omnium cupiditatum scætoribus careat, & ad suavem odorem præceptorum tuorum lætus tibi in Ecclesia tua deserviat, & proficiat de die in diem, ut idoneus sit sui gratia Baptismi tui, quem suscepit, salis perceptâ medicinâ. Per eundem Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Deinde posteaquam modicum salis immisit in os baptizati, dicens: Accipe salem sapientiæ, propitiatio sit tibi in vitam æternam. Amen. dicit:

O R E M U S.

DEUS Patrum nostrorum. Deus universæ conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum N. respicere digneris propitiis, ut hoc pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quò minus cibo expleatur cœlesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomine serviens, & quem ad novæ regenerationis lavacrum perduxisti, quæsumus Domine, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Post hæc f
Ethoc fi
de diabolo
minum no
Manu

Æ Tern
sanct
veritatis, s
re lumine in
tiam veram
teneat firm
aptus sit ac
minum. R

DE

S Acerdos
smui. R
Tunc dep
flexus adora
benedictâ, a
ges me Do
dealabor
Gloria Pa
ges me, &
mini. Resp
tionem me
vobiscum.

EXaudi
& mitt

Post hac factō signo Crucis in fronte baptizati, distis que illis verbis:
Et hoc signum Crucis † quod nos fronti ejus damus, tu maledi-
cte diabole nunquam audeas violare. Per eundem Christum Do-
minum nostrum. Resp. Amen.

Manu super caput ejus impositū dicit:

O R E M U S.

Eternam, ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine
sancte, Pater omnipotens æterne Deus, auctor luminis, &
veritatis, super hunc famulum tuum N. ut digneris eum illumina-
re lumine intelligentiæ tuæ, munda eum & sanctifica: da ei scien-
tiam veram, ut dignus sit frui gratiâ Baptismi tui, quem suscepit;
teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut
aptus sit ad retinendam gratiam Baptismi tui. Per Christum Do-
minum. Resp. Amen.

TIT. II.

DE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ.

Ex Rituali Romano.

Ordo ministrandi sacrum Viaticum.

Sacerdos ingrediens locum, ubi jacet infirmus, dicat: Pax huic do-
mum. Resp. Et omnibus habitantibus in ea.

Tunc depositum Sacramentum super mensa, supposito corporali, genu-
flexus adorat, omnibus in genua procumbentibus, & mox acceptâ aquâ
benedictâ, aspergit infirmum, & cubiculum, dicens Antiphonam. Asper-
ges me Domine hyssopo, & mundabor: lavabis me & super nivem
dealbabor: & primum versum Psalmi. Miserere mei Deus, cum
Gloria Patri Sicut erat, &c. Deinde repetitur Antiphona: Asper-
ges me, &c. Postea Vers. Adjutorium nostrum in nomine Do-
mini. Resp. Qui fecit cœlum & terram. Vers. Domine exaudi ora-
tionem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat, Vers. Dominus
vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus,
& mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui cu-
sto-

stodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitacules in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

His dictis, accedat ad infirmum, ut cognoscat, num sit bene dispositus ad suscipiendum sacrum Viaticum, & utrum velit aliqua peccata confiteri, & illum audiatur, atque absolvat; quamvis prius deberet esse confessus, nisi necessitas aliter urgeat. Postea facta de more Confessione generali, si ve ab infirmo, si ve ejus nomine ab alio, Sacerdos dicitur. Misereatur, &c. Indulgentiam, &c.

Deinde facta genuflexione, accipit Sacramentum de vasculo, atque illud elevans, ostendit infirmo, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi; & more solito ter dicat: Domine non sum dignus, ut intres sub testum meum; sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea. Et infirmus simul cum Sacerdote dicat eadem verba, saltem semel submissa voce; tum Sacerdos dans infirmo Eucharistiam dicat: Accipe frater (vel soror) Viaticum Corporis Domini nostri Jesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, & perducatur in vitam æternam, Amen.

Si verò Communio non datur per modum Viatici, dicat more ordinario: Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat, &c.

Quod si mors immineat, & periculum sit in mora tunc dicto: Misereatur, &c. prædictis precibus omnibus, vel ex parte omiſſis, ei fiat Viaticum præbeat. Postea Sacerdos abluat digitos nihil dicens, & infirmo detur ablutio. Deinde dicat Verſ. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, te fideliter deprecamur, ut accipienti fratri nostro (vel sorori nostro) sacrosanctum Corpus Domini nostri Jesu Christi Filii tui, tam corpori, quam animæ proficit ad remedium sempiternum. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Resp. Amen.

His expletis, si altera particula Sacramenti superfuerit (superius autem semper debet, præterquam in casu jam dicto) genuflexit, surgat, & accipiens vas cum Sacramento, facit cum eo signum Crucis super infirmum nihil dicens, & reverenter illud deferens oratione quo venerat revertitur ad Ecclesiam dicendo Psalmum: Laudate Dominum in caelis, & alios Psalmos & Hymnos; prout tempus feret. Cum per veneris ad Ecclesiam, ponit Sacramentum super altare; adoratur; de-

de dicit. V
mentum in
spiritu tu

Deus, q
riam r
guinis tui
hobis jugit

DE S

Ritu

Sacerdos
bus hab

Deinde a
indutus, agr
cis eum aqu
Antiphonan
illum, & ab
jus Sacram
near, & qu
vita æterna

Postea d
ni, Resp. C
Resp. Et cu

Introeat,

tatis ing
charitas fru
dam onum
maligna di
ctum tuum
humilitatis
tre, & Spiri
Oremus

de dicit. Vers. Panem de caelo praestitisti eis. Resp. Omne delectamentum in se habentem. Vers. Dominus vobiscum, Resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

DEus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuae memoriam reliquisti, tribue, quaesumus, ita nos Corporis, & Sanguinis tui sacra mysteria venerati, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis, & regnas, &c. Amen.

TIT. III.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ
UNCTIONIS.

Ex Rituali Romano.

*Ritus, seu Ordo ministrandi Sacramentum
Extremæ Uñctionis.*

Sacerdos intrans cubiculum dicit: Pax huic domui. Resp. Et omnibus habitantibus in ea.

Deinde deposito Oleo super mensam, superpelliceo, stolaque violaceâ indutus, agroro Crucem pie deosculandam porrigit: mox in modum Crucis eum aquâ benedictâ, & cubiculum, & circumstantes aspergit, dicens Antiphonam: Asperges &c. Quod si agrotus voluerit confiteri, audiat illum, & absolvat. Deinde piis verbis illum consoletur, & de hujus Sacramenti vi atque efficacia, si tempus ferat, breviter admonet, & quantum opus sit, ejus animum confirmet, & in spem erigat vita aeterna.

Postea dicat versiculum: Adjutorium nostrum in nomine Domini, Resp. Qui fecit caelum & terram. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Introeat, Domine Jesu Christe, domum hanc sub nostrae humilitatis ingressu, aeterna felicitas, divina prosperitas, serena laetitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus demonum, adsint Angeli pacis, domumque hanc deserat omnis maligna discordia. Magnifica, Domine, super nos nomen sanctum tuum: & benedic nostrae conversationi, sanctifica nostrae humilitatis ingressum, qui sanctus, & pius es, & permanes cum Patre, & Spiritu sancto in saecula saeculorum, Amen.

Oremus, & deprecemur Dominum nostrum Jesum Christum,

ut benedicendo benedicat † hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo, & det eis Angelum bonum custodem, & faciat eos sibi servire ad considerandum mirabilia de lege sua, avertat ab eis omnes contrarias potestates: eripiat eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione, ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. *Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat Deus in sæcula sæculorum, Amen.*

O R E M U S.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & emittere digneris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Quæ orationes, si tempus non patiatur, ex parte, vel in totum poterunt omitti. Tum de more factâ Confessione generali, latino, vel vulgari sermone Sacerdos dicat: Misereatur tui, &c. Indulgentiam, absolutionem, &c.

Antequam incipiat ungere infirmum, moneat adstantes, ut pro illo orent, & ubi commodum fuerit pro loco, tempore, & adstantium numero, vel qualitate, recitent septem Psalmos Pœnitentiales, cum Litanis, vel alias preces, dum ipse Vnctionis Sacramentum admittit. mox dicat:

In nomine Patris, † & Filii, † & Spiritûs sancti, † extingatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum, & per invocationem omnium Sanctorum, Angelorum, Archangelorum, Patriarchiarum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum atque omnium simul Sanctorum. Amen.

Deinde intincto pollice in Oleo sancto in modum Crucis ungit infirmum in partibus hic subscriptis, aptando proprio loco Verba formata hunc modum.

Ad oculos.

Per istam sanctam Vnctionem, † & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quicquid per visum deliquisti. Amen.

Minister vero si est in sacris, vel ipsemet Sacerdos post quamlibet Vnctionem tergat loca inuncta novo globulo bombacii, vel rei similis, eoque in vase mundo reponat, & ad Ecclesiam postea deferat, comburatur cineresque projiciat in Sacrarium.

Per istam
iam, indulg
amen.

Per istam
iam, indulg
amen.

Per istam
iam, indulg
deliquisti. An

Per istam
iam, indulg
men.

Et adverte
terius.

Per istam
iam, indulg
amen.

Per istam
iam, indulg
onem deliqu

Hæc autem
iam in viris
sunt.

Quibus om
leison. Kyri

ationem. Re
um. R. Deus n
le sancto. Re

ortitudinis. I
o. Resp. Et fi
audi oratio
Dominus vol

Ad aures.

Per istam sanctam Unctionem † & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per auditum deliquisti. Amen.

Ad nares.

Per istam sanctam Unctionem † & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per odoratum deliquisti. Amen.

Ad os, compressis labiis.

Per istam sanctam Unctionem † & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per gustum & locutionem deliquisti. Amen.

Ad manus.

Per istam sanctam Unctionem † & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per tactum deliquisti. Amen.

Et adverte, quod Sacerdotibus manus non unguuntur interius, sed exterius.

Ad pedes.

Per istam sanctam Unctionem † & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per ingressum deliquisti. Amen.

Ad lumbos, sive renes.

Per istam sanctam Unctionem † & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per lumborum delectationem deliquisti. Amen.

Hæc autem unctio ad lumbos omittitur semper in feminis; & istam in viris, qui ob infirmitatem vix, aut sine periculo moveri non possunt.

Quibus omnibus peractis, Sacerdos dicit: Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, &c. Et nē nos inducas in tentationem. Resp. Sed libera nos à malo. Vers. Salvum fac servum tuum. R. Deus meus sperantem in te. Vers. Mitte ei Domine auxilium de sancto. Resp. Et de Sion tuere eum. Vers. Esto ei Domine turris fortitudinis. Resp. A facie inimici. Vers. Nihil proficiat inimicus in te. Resp. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Domine Deus, qui per Apostolum tuum Jacobum locutus es: Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & stent super eum, ungentes eum Oleo in nomine Domini, & oratione Fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei: cura quæsumus, Redemptor noster, gratia sancti Spiritus languores istius infirmi, ejusque sana vulnera, & remitte peccata, atque dolores cunctos mentis, & corporis ab eo pelle, plenamque interius, & exterius sanitatem misericorditer concede, ut ope misericordiæ tuæ restitutus ad pristina reparetur officia. Qui eum Patre & Spiritu sancto vivis, & regnas Deus in sæcula sæculorum, Amen.

O R E M U S.

Respice, quæsumus, Domine, famulum tuum N. infirmitate corporis fatiscentem, & animam refove, quam creasti; ut cogitationibus emendatus, se tuâ sentiat medicinâ salvatum. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

O R E M U S.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui beneficentia gratiam ægris infundendo corporibus, factum tuam multiplici pietate custodis, ad invocationem tui nominis dignus assiste, ut famulum tuum ab ægritudine liberatum; & libertate donatum, dextrâ tuâ erigas, virtute confirmes, potestate tuâ regas, & Ecclesiæ tuæ sanctæ, cum omni desiderata prosperè restituas, Per Christum Dominum nostrum, Amen.

TIT. IV.

D E E X E Q U I I S.

Ex Rituali Romano.

§. I.

Ritus, seu Ordo Exequiarum.

Sacerdos antequam cadaver efferatur, illud aspergit aquâ benedictâ, mox dicit Antiphonam: Si iniquitates observaveris Domine, non potestis sustinere: sed Domine dona ei misericordiam tuam, & lux perpetua luceat ei: *repetitur Antiphona totam.* Si iniquitates, &c. Deinde cadaver efferitur, Sacerdosque a domo procedens, statim gravi voce intonat Antiphonam: Exultate Domine, & Cantores intonant Psalmum Misere mei Deus tecum magnam, &c. Clero alternatim prosequente; ac, si longum

hincoris postea
cum tribu a
sine cuiusque
qui Psalmus a
Ecclesiæ.
Ad ingressu
ossa humili
piene, & Cl

Subvenit
Sman eju
piat te Chri
caat te. Su
Recip. Et lu
Deposito

laicus, sine
per suis ipse
quid impedi
audibus, &
cui omnia v
cui omnia v
Antiphona.

Aa finem
sum restitu
tationem. F
rue Domi
Domine ex
niat. Veri. D

Absolve
culo d
electos tuos
Recip. Ame
um in C
celebrand n
ut in die de
Emittâ M
accipit pluri
die asferen

um locutus
s Ecclesia, &
mini, & ora
, & si in pec
r noster, gra
vulnera, &
poris ab eo
ericorditer
paretur offi
us in saecula

meris postulataverit, dicuntur Psalmi gradua es: Ad Dominum cum tribulaver clamavi, vel alii Psalmi ex officio mortuo um, & in fine cujusque Psalmi dicitur: Requiem aeternam dona eis Domine &c. qui Psalmi a corde d. st. t. d. gra. que voce recitari debent inque ubi Ecclesiam.

l. infirmitate
creasti; ut ca
tum. Per Cl

Ad ingressum Ecclesiae peritur Antiphona: Exultabunt Domino ossa humiliata Deinde Ecclesi. in ingressi cantant Resp. Cantore intonante, & Clero alternatim r. spondente, videlicet:

us, qui bene
ibus, factum
tui nominis
eratum; & Ec
pprestate tu
rata prospere

Subvenite Sancti Dei, occurrite Angel. Domini, suscipientes animam ejus Offerent. s eam in consp. etu Altissimi, Vers. Suscipiat te Christus, qui vocavit te: & in sinum Abr. h. Angel. deducat te, Suscipientes, Vers. Requiem aeternam dona ei Domine. Resp. Et lux perpetua luceat ei. Offerentes.

Deposito secreto in medio Ecclesia, ita ut defur. et pedes, si fuerit laicus, sint versus altare majus, si vero fuerit sacerdos, caput sit versus ipsum altare: & cereis accensis circa corpus, statim, nisi quid impediatur, dicatur Officium mortuorum, cum tribus nocturnis, & laudibus, & duo ex Clero incipiant absolute Invocator um: Regem cui omnia vivunt venite ad meum, & repetitur à Clero: Regem cui omnia, &c. psalm. Venite exultemus, &c. & duplicantur Antiphona.

Ad finem Officij post Antiphonam Cantici, Benedictus, &c. Ego sum resurrectio, dicitur: Pater: secreto Et nē no inducas in tentationem, Resp Sed libera nos à malo. Vers. A porta inferi. Resp. Eque Domine e anim in eju. Vers. Requiescat in pace. R. Amen. Vers. Domine exaudi oratio em meam Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

M.
ergit aqua
es observare
Requiem a
reperire Ant
Sacerdos qu
am: Exultab
mei Deus lev
ac, si longi
1111

Abolve quæ sunt, Domine, animam famuli tui ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectione gloria inter Sanctos & electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen

um in Officio dicuntur Laudes, Sacerdos cum ministris paratur ad celebrand. in Miss. in solemnem pro defuncto si tempus congruens fuerit, ut in die depositionis in Miss. li Romano.

Finis Missæ sacerdos, deposita casula, seu planeta, & manipulo, accipit pluviale nigri coloris, & Subdiaconus accipit Crucem, & accendit ad feretrum, & se sistit ad caput defuncti cum Cruce, medius inter

duos Acolythos, seu ceroferarios cum candelabris, & candelis accensis, & omnes alii de clero veniant ordinatim in gradu suo cum candelis accensis, & stant in circuitu feretri. Tum sequitur Sacerdos cum Diacono, & assistente aliisque ministris, & factâ reverentiâ altari, sistit se contra Crucem ad pedes defuncti, retrò astantibus ei à sinistrâ duobus Acolythis, uno cum thuribulo & navicula incensi, altero cum vase aqua benedicta, & aspersorio, & Acolythis, seu Clerico tenente librum, absolutè dicit sequentem Orationem.

Non intres in iudicium cum servo tuo Domine, quia nullus apud te justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum tibi tribuatur remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua judicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio Fidei Christianæ commendat: sed gratiâ tuâ illi succurre, mereatur evadere iudicium ultionis, qui dum viveret, insignitus est signaculo sanctæ Trinitatis, qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Resp. Amen.

Deinde cantore incipiente, clerus circumstantes cantat sequens Responsorium.

Libera me, Domine, de morte æterna in die illa tremêda, quando cœli movendi sunt & terra. Dum veneris iudicare sæculum per ignem. Vers. Tremens factus sum ego, & timeo, dum discussio venient, atque ventura ira. Quando cœli movendi sunt, & terra. Vers. Die illa, dies iræ, calamitatis & miseriæ, dies magna & amara valdè. Dum veneris. Vers. Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei. Vers. Libera me.

Dum cantatur prædictum Responsorium, Sacerdos, Acolythis seu Diacono ministrante, accipit incensum de navicula, & ponit in thuribulo, & finito responsorio, Cantor cum primo choro dicit:

Kyrie eleison, & secundus Chorus respondet: Christe eleison. Deinde omnes simul dicunt. Kyrie eleison.

Mox Sacerdos dicit altâ voce, Pater noster, &c. & secretò dicit ab omnibus; & ipse interim accipit à Diacono, vel Acolythis aspersorium aqua benedicta, & factâ profundâ inclinatione Cruci, qua est ex aspersorio, à Diacono seu ministro genuflectente, & simbrias pluvialis subvante, circumiens feretrum (si transit, ante Sacramentum genuflectente) aspergit corpus defuncti, ter aspergens latus dextrum feretri, & ter sinistrum: deinde reverterus ad locum suum, Diacono ministrante, accipit thuribulum, & eodem modo circuit feretrum, & corpus incensat, & asperferat: postea reddito thuribulo ei, à quo acceperat stans in loco suo, Acolythis seu alio ministro tenente librum apertum ante se, dicit

Vers. Et nèn
Erue Domine
Vers. Domine
Resp. Et cum

DEus, cu
exoram
ingrare just
ficaris in fin
riam Paradis
as inferni su
tum Domine
si defuncti
si Sacerdoti
Finitâ Ora
, & dum po
N Paradisu
Martyres, &
is Angelorum
am habeas r
Cum autem
illud bened

DEus, cu
mulum
reputa custod
nimas eorum
emper cum S
um nostrum
Dicit oratio
corpus defuncti
Quod si corp
o: In Paradi
atum; prof
ntiphonam.
Ego sum re
reperitur A
Vet

Verf. Et nē nos inducas. Resp. Sed libera. Verf. A porta inferi. Resp. Erus Domine animam ejus. Verf. Requiescat in pace. R. Amen. Verf. Domine exaudi. Resp. Et clamor. Verf. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

DEus, cui proprium est misereri semper, & parere, te supplices exoramus pro anima famuli tui N quam hodie de hoc sæculo migrare iussisti, ut non tradas eam in manus inimici, neque oblitiscaris in finem, sed jubeas eam à sanctis Angelis suscipi, & ad patriam Paradisi perducī; ut quia in te speravit, & credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Christum Dominum nostrum, Resp. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos, in Oratione dicatur: pro anima famuli Sacerdotis, quam hodie, &c.

Finitâ Oratione, corpus deferatur ad sepulchrum, si tunc deferendum, & dum portatur, Clerici cantant Antiphonam.

IN Paradisum deducant te Angeli, in tuo adventu suscipiant te Martyres, & perducant te in civitatem sanctam Jerusalem. Chorus Angelorum te suscipiat, & cum Lazaro quondam paupere æternam habeas requiem.

Cum autem pervenerit ad sepulchrum, si non est benedictum, Sacerdos illud benedicit, dicens hæc orationem.

O R E M U S.

DEus, cujus miseratione animæ fidelium requiescunt, hunc tumulum benedicere dignare, eique Angelum tuum sanctum reperta custodem, & quorum quarumque corpora hic sepeliuntur, animas eorum ab omnibus absolve vinculis delictorum, ut in te semper cum Sanctis tuis sinè sine lætentur. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Dictâ oratione, Sacerdos aqua benedicta aspergat, deinde incense corpus defuncti. & tumulum.

Quod si corpus tunc ad sepulturam non deferatur, omisso responso: In Paradisum, &c. & benedictione sepulchri; si jam est benedictum; proseguatur Officium; quod nunquam mutatur, & intonet Antiphonam.

Ego sum resurrectio: & dicitur Canticum Benedictus. **EVOVAE.** *reperiuntur Antiphona: Ego sum resurrectio & vita, qui credit in*

me, etiamsi mortuus fuerit, vivet & omnis, qui vivit, & credit in me non morietur in æternum.

Postea Sacerdos dicit: Kyrie eleison Christe eleison Kyrie eleison. Pater noster inierim corpus aspergit. Vers. Et nē nos inducatur tentationem Resp. Sed libera nos à malo Vers. A porta inferi Resp. Erue Domine animam ejus Vers. Requiescat pax e R. Amen. Vers. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

FAc, quæsumus Domine, hanc cum servo tuo defuncto (v. l. formula tua defuncta) misericordiam, ut factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, qui (vel quæ) tuam in voris tenuit voluntatem ut sicut hic eum (vel eam) vera fides iungit fideliū turmis, in illi eum (vel eam) tua miseratio societ Angelicis choris Per Christum Dominum nostrum Resp. Amen. Vers. Requiem æternam dona ei Domine Resp. Et lux perpetua luceat ei. vers. Requiescat in pace Resp. Amen. Vers. Anima ejus, & animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace.

Deinde à sepultura in Ecclesiam, v. l. in sacristiam revertens, dicit si è cantu Antiph. Si iniqui ares. cum psalms: De profundis, & Requiem æternam dona eis Domine, &c.

§. 2.

Ritus, seu Ordo sepeliendi parvulos.

Cum inquit infans, vel puer baptizatus defunctus fuerit ante celebrationem, induitur juxta aetatem, & imponitur ei corona de floribus seu de herbis aromaticis & odoriferis in signum integritatis carnis, & virginitatis, & Parochus superpellit eo, & si sibi albâ indutus, & alibi Clavo si adsint, præcedente Cruce, qua sibi habita defunctorum accedunt ad domum defuncti, cum clerico aspersorium deferente; sacerdos aspergit corpus, deind dicit.

Antiph. Sit nomen Domini EVOVAE.

Psalm. 112.

Laudate pueri Dominum: laudare nomen Domini. Sic nomen Domini benedictum: ex hoc nunc & usque in sæculum, in solis ortu usque ad occasum: laudabile nomen Domini. Excellentes omnes gentes Dominus: & super cœcos gloria ejus. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in cœlo, & in terra? Suscitans à terra inopem: & de stercore elevans

gens pauperes
bus populi
um lætantes
Antiph. S
in sæculum.
Dum porta

Etati imm
qui scrut
Non enim qu
tu mandasti
ta mea: a
andar; cum
bi in dire
ustification
n quō corrig
es tuos. I
tatis tuis.
ibi. Bened
abiis meis:
norum tuor
mandatis tui
tionibus tui
Pari, &c.
Et si temp
cœlis. ut hab
& in fine: G
Cum aute
Antiph. E

Dominu
qui ha
super flumin
aut quis stab
corde: qui
proximo su
cordiana à I

gens pauperem. Ut colloctet eum cum principibus: cum principibus populi sui. Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum lætantem. Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiph. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Dum portatur ad Ecclesiam, dicatur:

Psalmus 118.

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. Beati qui scrutantur testimonia ejus: in toto corde exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatem: in viis ejus ambulaverunt. Tu mandasti: mandata tua custodiri nimis. Utinam dirigantur vias meæ: ad custodienda justificaciones tuas. Tunc non confundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis: in eo, quod didici judicia justitiæ tuæ. Justificaciones tuas custodiam: non me derelinquas usquequaque. In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos. In toto corde meo exquisivi te: ne repellas me à mandatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua: ut non peccem tibi. Benedictus es Domine: doce me justificaciones tuas. In labiis meis: pronunciaui omnia judicia oris tui. In via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus divitiis. In mandatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas. In justificationibus tuis meditabor: non obliviscar sermones tuos. Gloria Patri, &c.

Et si tempus superest, dici potest Psalmus: Laudate Dominum de caelis. ut habetur in Officio ad Laudes; cum aliis duobus sequentibus; & in fine: Gloria Patri, &c.

Cum autem pervenerit ad Ecclesiam, dicatur:

Antiph. Hic accipiet EVOVAE.

Psalmus 23.

Domini est terra, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundavit eum: & super flumina præparavit eum. Quis ascendet in montem Domini: aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens manibus, & mundo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem à Domino: & misericordiam à Deo salutari suo. Hæc est generatio quærentium eum:

quærentium faciem DEI Jacob. Attollite portas principes vestras & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ. Gloria Patri, & Filio, &c.

Antiph. Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo, quia hæc est generatio quærentium Dominum.

Postea dicitur: Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. *secrèd, interim corpus aspergit.* Vers. Et nè nos inducas in tentationem. Resp. Sed libera nos à malo. Vers. Me autem propter innocentiam suscepisti. Resp. Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Omnipotens, & mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte Baptifinaris, dum migrant à sæculo, sine ullis eorum meritis, vitam illicè largiris æternam, sicut animæ hujus parvuli hodie credimus te fecisse: fac nos quæsumus Domine, per intercessionem Beatæ semper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum purificationis tibi mentibus famulari, & in Paradiso cum beatis parvulis perenniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Dum portatur ad tumulum, & etiam si tunc non portetur, dicitur:

Antiph. Juvenes & Virgines EVOVAE. *Psalm.* Laudate Dominum de cæli, &c. *ut habetur in Officio ad Laudes; & in fine: Gloria Patri, &c. & repetitur Antiph.* Juvenes, & Virgines, Senes cum junioribus laudent nomen Domini.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. &c. Vers. Et nè nos inducas in tentationem. Resp. Sed libera nos à malo. Vers. Sumite parvulos venite ad me. Resp. Talura est enim regnum cælorum. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Omnipotens sempiternæ Deus, sanctæ puritatis amator, qui amantem hujus parvuli ad cælorum regnum hodie misericorditer vocare dignatus es; digneris etiam Domine ita nobiscum misericorditer agere, ut meritis tuæ sanctissimæ Passionis, & intercessionis Beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum

in eodem reg
facias conga
Spiritus San

Deinde Sac

uer, & tumu

Cum autem

Antiph. Be

Canticum

mini Domin

Antiph. Be

tia, & confi

Deinde ant

cum Spiritu

Deus, c

dispensa

n cælo semp

Christum Do

DE

Ritus

Sacerdos

diebus fe

Ecclesia.

sem clerico sup

dita cum asp

& mulierem,

ressari decet,

um in hunc m

N. Vis acc

Ritum sancta

cerdos sponsa

tuum legitim

Respondet:

um, & ex pr

in eodem regno nos cum omnibus Sanctis, & electis tuis semper facias congaudere. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti *DEVS* per omnia sæcula sæculorum. Resp. Amen.

Deinde Sacerdos corpus aspergat aquâ benedictâ, & thurificet; similiter, & tumulum; postea sepehatur.

Cum autem à sepultura revertuntur in Ecclesiam, dicatur:

Antiph. Benedicite. EVOVAE.

Canticum trium Puerorum. Dan. 3. Benedicite omnia opera Domini Domino, &c. Gloria.

Antiph. Benedicite Dominum omnes electi ejus, agite dies lætitiæ, & confitemini illi.

Deinde ante altare dicit Sacerdos: Dominus vobiscum. Resp. Et cum Spiritu tuo.

O R E M U S.

DEUS, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas, concede propitius, ut à quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

TIT. V.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

Ex Rituali Romano.

§. 1.

Ritus celebrandi Matrimonii Sacramentum.

Sacerdos Matrimonium celebraturus, publicationibus factis tribus diebus festis, si nullum obstat legitimum impedimentum: in Ecclesia, superpelliceo, & alba stola indutus, adhibito uno saltem clerico superpelliceo pariter induto, qui librum, & vas aqua benedictâ cum aspersorio deferat coram tribus, aut duobus testibus, virum & mulierem, quos parentum, vel propinquorum suorum præsentia corroborari decet, de consensu in Matrimonium interroget utrumque sigillatim in hunc modum vulgari sermone.

N. Vis accipere N. præsentem in tuam legitimam uxorem juxta Ritus sanctæ Matris Ecclesiæ? Respondent sponsus: Volo. Mox Sacerdos sponsam interroget: N. Vis accipere N. hic præsentem in tuum legitimum maritum, juxta Ritus sanctæ Matris Ecclesiæ? Respondent: Volo. Nec sufficit consensus unus; sed debet esse amborum, & expressus aliquo signo sensibili, sive fiat per se, sive per proxi-

vatorem. Mutuo igitur contrahentium consensu intellecto, Sacerdos jubet eos invicem jungere dexterās, dicens: Ego conjungo vos in Matrimonium; In nomine Patris, † & Filii, † & Spiritūs Sancti, † Amen, vel aliis utatur verbis juxta receptum uniuscujusque Provincia Ritus, postea eos aspergat aquā Benedictā; mox benedicat annulum.

Benedictio annuli.

Verf. Adjutorium nostrum in nomine Domini resp. Qui fecit caelum & terram. Verf. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Verf. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Benedic † Domine, annulum hunc, quem nos in tuo nomine benedicimus, † ut quæ eum gestaverit, fidelitatem integram sibi sponso tenens, in pace, & voluntate tua permaneat, atque in tua charitate semper vivat. Per Christum Dominum nostrum Resp. Amen.

Deinde Sacerdos aspergat annulum aquā benedictā in modum Crucis, & sponsum acceptum annulum de manu Sacerdotis imponit in digito annulari sinistra manus sponsæ Sacerdote dicente: In nomine Patris, † & Filii, † & Spiritūs Sancti, Amen. mox subjungat. Verf. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Resp. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, &c. Verf. Et nē nos inducas in tentationem. Resp. Sed libera nos à malo. Verf. Salvos fac servos tuos. Resp. Deus meus sperantes in te. Verf. Mitte eis Domine auxilium de sancto. Resp. Et de Sion tuere eos. Verf. Esto eis Domine turris fortitudinis. Resp. A facie inimici. Verf. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Verf. Dominus vobiscum Resp. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Respice, quæsumus Domine, super hos famulos tuos; & in futuris tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti benignus assiste, ut qui te auctore junguntur, te auxiliante serventur Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Hic expletis, si benedicenda sint nuptiæ, Sacerdos Missam pro sponsa & sponsa, ut in Missali Romano, celebret, servatis omnibus; quæ ibi præscribuntur.

Cæterum, si qua Provincia aliis, ultra prædictas, laudabilibus consuetudinibus

inordinab
antur, et

Si qua p
nem a

ura, pe

haba in

cedat. i

in ma

adjutori

ter am

Domini

procipiet

ari suo:

Deinde

intra o u i

filium B

prolis.

Et ipse

beneficiis

son. Kyrie

tenationem

tuam D

Domine

profiat

ere ei.

meus ad

tuo.

O M

par

spice pro

um pro

hanc, ei

beatitu

sum D

Deim

ens: Pa

sancti d

muneribus, & ceremoniis in celebrando Matrimonii Sacramento
 duntur, eas sancta Tridentina Synodus optat retineri.

S. 2.

Benedictio mulieris post partum.

Si qua puerpera post partum iuxta piam, ac laudabilem consuetudi-
 nem ad Ecclesiam venire voluerit pro incolumitate sua Deo gratias
 agere, petieritque à Sacerdote benedictionem, ipse super pelliceo, & sto-
 chabâ indutus, cum ministro aspergillum deferente, ad fores Ecclesia
 accedat, ubi illam foris ad limina genuflectentem, & candelam ac cen-
 sum in manu tenentem, aquâ benedictâ aspergat; deinde dicat: Vers.
 Adjutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit cœlum &
 terram. *Antiphona:* Hæc accipiet benedictionem à Domino, *Psal.*
 Domini est terra, &c. *t. r. ut suprà pag 565.* Gloria Patri, &c. Hæc
 accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salu-
 tari suo: quia hæc est generatio quærentium Dominum.

Deinde porrigens ad manum mulieris extremam partem stole, eam
 introiit in Ecclesiam, dicens: Ingredere in templum Dei, adora
 filium Beatæ Mariæ Virginis, qui tibi fecunditatem tribuit
 prolis.

Et ipsi ingressa genuflectit coram Altari, & orat gratias agens Deo de
 beneficiis sibi collatis, & Sacerdos dicit: Kyrie eleison. Christe elei-
 son. Kyrie eleison. Pater noster, *secret.* Vers. Et nunc nos inducas in
 tentationem. Resp. Sed libera nos à malo. Vers. Salvam fac ancillam
 tuam Domine. Resp. Deus meus sperantem in te. Vers. Mitte ei
 Domine auxilium de sancto. Resp. Et de Sion tuere eam. Vers. Nihil
 proficiat inimicus in ea. Resp. Et filius iniquitatis non apponat no-
 cere ei. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor
 meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu
 tuo.

O R E M U S.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui per Beatæ Mariæ Virginis
 partum fidelium patientium dolores in gaudium vertisti; re-
 spice propitiùs super hanc famulam tuam, ad templum sanctum tu-
 um pro gratiarum actione lætam accedentem: & præsta, ut post
 hanc, ejusdem Beatæ Mariæ meritis, & intercessione, ad æternæ
 beatitudinis gaudia cum prole pervenire mereatur. Per Chri-
 stum Dominum nostrum. Amen.

Deinde illam aspergit iterum aquâ benedictâ in modum crucis, di-
 cens: Pax & benedictio Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus
 sancti descendat super te, & maneat semper, Amen.

TIT. VI.
BENEDICTIONES VARLÆ.

§ I.

Ordo ad faciendam aquam benedictam.

Ex Rituali Romano.

Diebus Dominicis, & quodcumque opus fuerit, preparato sale, & aqua munda benedicenda in Ecclesia, vel in Sacrificia. Sacerdos cum superpelliceo, & stola violacea indutus, primò dicit.

Verf. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit cælum & terram. Deinde absolute incipit exorcismum salis.

Exorcizo te creatura salis per Deum† vivum, per Deum† verum, per Deum† sanctum, per Deum, qui te per Elisæum Prophetam aquam mitti iussit, ut sanaretur sterilitas aquæ: ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium: & sis omnibus sumentibus te sanitas animæ & corporis: & effugiat a te discadat à loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia, & nequitia, vel versutia diabolica fraudis, omnisque spiritus immundus adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. Resp. Amen.

O R E M U S.

Immensam clementiam tuam, omnipotens æternæ Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, benedicere, † & sanctificare † tuâ pietate digneris, ut sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis: & quicquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritualis nequitia. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Exorcismus aqua; & dicatur sine OREMUS.

Exorcizo te creatura aque, in nomine Dei† Patris omnipotentis, & in nomine Jesu† Christi Filii ejus Domini nostri, & in virtute Spiritus† Sancti: ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici; & ipsum inimicum eradicare, & expantare valeas cum angelis suis apostolicis: per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. Resp. Amen.

O R E M U S.

Deus, qui ad salutem humani generis maxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius invocationi

ocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus
 preparato, virtutem tuæ benedictionis † infunde, ut creatura tua
 mysteriis tuis serviens ad abigendos dæmones, morbosque pellen-
 dos divinæ gratiæ sumat effectum; ut quicquid in domibus, vel in
 locis fidelium hæc unda resperferit, careat omni immunditiâ, libe-
 reur à noxa: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrup-
 tans: discedant omnes insidiæ latentis inimici: & si quid est, quod
 aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, asperzione hujus
 aquæ effugiat, ut salubritas per invocationem sancti tui nominis
 petita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Domi-
 num, &c. *Hic mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel;*
 Commixtio salis, & aquæ pariter fiat: In nomine Patris †, & Filii †,
 & Spiritus † Sancti. Resp. Amen.

Verf. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

DEUS invictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperii Rex, ac
 semper magnificus Triumphator: qui adversæ dominationis
 vires reprimis: qui inimici rugientis sævitiam superas: qui hostiles
 nequitias potenter expugas, te Domine trementes, & supplices de-
 precamur, ac petimus, ut hanc creaturam salis, & aquæ dignan-
 ter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ rore sanctifices: ut
 ubicunque fuerit aspersa, per invocationem sancti tui nominis,
 omnis infestatio immundi spiritus abigatur, terrorque venenosi
 serpentis procul pellatur: & præsentia Sancti Spiritus nobis
 misericordiam tuam poscentibus ubique adesse digæetur. Per
 Dominum nostrum, &c. in unitate ejusdem Spiritus San-
 cti, &c.

*Post benedictionem aqua Sacerdos Dominicis diebus antequam inci-
 piat Missam, aspergit altare, deinde se, Ministros, ac populum, prout in
 Missali præscribitur.*

§. 2.

Benedictio Domus in Vigilia Epiphania Domini.

*Ex Append. Ritual. S. Metropol.
 Eccles. Prag.*

In ingressu: Pax huic Domui, &c.

*Antiph. Ab Oriente venerunt Magi in Bethleem adorare
 Dominum, & aperitis thesauris suis pretiosa munera obtulerunt;
 aurum*

animum Regi Magno: thus Deo vero: myrrham Sepultura eius
Alleluja.

Canticum. Magnificat anima mea &c. Pater noster, &c. Verſus
nō nos inducas in tentationem. R. Sed libera nos a malo. Verſus
Innes de Sabba venient. R. Aurum & thus deferenies. Verſus Domine
exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. Verſus Do-
minus vobiscum. resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

DEus qui hodiernā die unigenitum tuum Gentibus stelā ducē
revelasti; concede propitius, ut qui sam te ex fide cognov-
imus, uque ad contemplandam speciem tuā celsitudinis perducamur.
Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum
qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia
saecula saeculorum Amen.

Responsorium. Illuminare, illuminare Hierusalem, quia venisti
tua: Et gloria Domini super te orta est. Jēsus Christus: ex Maria
Virgine. Verſus. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: & reges
splendore ortus tui. Resp. Et gloria Domini super te orta est, &c.

§. 3.

*Alia benedictio domorum alio tempore faciendā
cum aspersione aquae benedictae.*

Ex Ritua' à Romano.

Parochus seu alii Sacerdotes vel lentes al quam particulare in domo
vel generaliter domos fidelium alio tempore infra annum aspergat
aquā benedictā. In gradientes domum dicant: Pax huic domui, & omnibus
habitantibus in ea. Deinde loca aspergat & dicant: Antiph. Aspergat me
Domine hyssopo, & mundabor, lavabis me & super nivem dealbor.
Psalm. Misereere me Deus, secundum magnam misericordiam tuam, &c.
Gloria Patri, &c. Repetitur antiph. Aspergat me Domine, &c. Verſus.
Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.
Verſus. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus
& mittere digneri sanctum Angelum tuum de caelis, qui custodiat,
foveat, protegat, visitet, a quo defendat omnes habitantes in hoc
habaculo. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

§. 4.

*Benedictio ordinaria loci.**Ex eodem.*

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit
 cælum, & terram. Vers. Domine exaudi orationem meam.
 Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp.
 Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Benedic† Domine Deus omnipotens locum istum (vel domum
 istam) ut sit in eo (vel in ea) sanitas, castitas, victoria, virtus,
 humilitas bonitas, mansuetudo, plenitudo legis, & gratiarum actio
 Deo Patri, & Filio, & Spiritui Sancto; & hæc benedictio maneat
 super hunc locum, & super habitantes in eo, nunc & semper. Resp.
 Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

§. 5.

*Benedictio Domus nova.**Ex eodem.*

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit
 cælum & terram, Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spi-
 ritu tuo.

O R E M U S.

TE Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac
 domo, & habitatoribus eius, ac rebus; ut eam benedicere, †
 & sanctificare, † ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis
 Domine, de rore cæli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ
 substantiam, & desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis
 perducas. Ad introitum ergo nostrum benedicere † & sanctificare †
 digneris hanc domum, si, ut benedicere dignatus es domum Aba-
 ham, Isaac & Jacob: & intra parietes domus istius Angeli uel lu-
 cis inhabitent, eamque, & ejuſ habitatores custodiant. Per Chri-
 stum Dominum nostrum. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

§. 6.

*Benedictio ad quodcumque comestibile.**Ex eodem.*

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit
 cælum & terram, vers. Dominus vobiscum, resp. Et cum spiritu
 tuo.

O R E.

O R E M U S.

Benedic Domine creaturam istam N. ut sit remedium salutari
generi humano : & præsta per innocentiam sancti nominis tu
ut quicumque ex ea sumperint, corporis sanitatem, & animæ tute
lam percipiant. Per Christum Dominum nostrum, Resp. Amen.
Aspergat id aquâ benedictâ.

§. 7.

*Benedictio panis.**Ex eodem.*

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit
cælum & terram. Vers. Dominus vobiscum, Resp. Et cum
spiritu tuo.

O R E M U S.

Domine Jesu Christe, Panis Angelorum, Panis vivus æterna
vitæ, benedicere † dignare panem istum, sicut benedixisti
quinque panes in deserto, ut omnes ex eo gustantes, inde corporis
animæ percipiant sanitatem. Qui vivis, & regnas in sæcula sæcu
lorum, Resp. Amen.

Aspergat aquâ benedictâ.

§. 8.

*Benedictio vini, in die S. Joannis Evangelistæ.**Ex Append. Rit. Prag.*

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit
cælum & terram. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum Spi
ritu tuo. Vers. Initium sancti Evangelii secundum Joannem. Resp.
Gloria tibi Domine.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum : & Deus
erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per
ipsum facta sunt : & sine ipso factum est nihil. Quod factum
est, in ipso vita erat : & vita erat lux hominum : & lux in tene
bris lucet : & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo
missus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimo
nium, ut testimonium perhiberet de lumine : ut omnes crederent
per illum. Non erat ille, lux : sed ut testimonium perhiberet de
lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem
in hunc mundum. In mundo erat : & mundus per ipsum factus
est : & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui
eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit
eis potestatem filios DEI fieri, his qui credunt in nomine ejus,
qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis : neque ex vo
luntate viri
Es t: Et H
iam qual
tibi Christ

Domin
collo.
neam cony
men suum.
minebo ma
Virga t
onspectu
pinguasti i
darus est
itæ meæ.
um, Glori
ceison. Pa

Vers. Sa
Vers Esto r
Vers. Gusta
vir qui spe
Non eis no
lamor me
piritu tuo.

DEUS
li firm
subiecta est
invocamus
vipera silet
scorpio ext
operatur :
tia terrenu
& omaes h
vini per int
nef dicitio ;
mæ DEI G
cientibus a
tas, Per Do

notate viri: sed ex DEO nati sunt. ET VERBUM CARO FACTUM
EST: ET HABITAVIT IN NOBIS. Et vidimus gloriam ejus: glo-
riam quasi Unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis, Resp. Laus
& animæ tute
tibi Christe.
Resp. Amen.

Psalmus 22.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ, ibi me
collocavit. Super aquam refectiois educavit me: animam
meam convertit. Deduxit me super semitas justitiæ: propter no-
men suum. Nam etsi ambulavero in medio umbræ mortis: non
timebo mala, quoniam tu mecum es.

Resp. Qui fecit
Resp. Et cum
s vivus æterna
ut benedixit
de corporis &
n sæcula sæculi

Virga tua, & baculus tuus: ipsa me consolata sunt. Parasti in
conspectu meo mensam: adversus eos, qui tribulant me. Im-
brogasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians, quàm præ-
clarus est. Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus
vitæ meæ. Et ut habitem in domo Domini: in longitudinem die-
rum. Gloria Patri, & Filio, &c. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie
eleison. Pater noster, &c. Et nò nos, &c.

Preces.

Verf. Salvos fac fideles tuos. Resp. Deus meus sperantes in te.
Verf. Esto nobis Domine turris fortitudinis. Resp. A facie inimici.
Verf. Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus. Resp. Beatus
vir qui sperat in eo. Verf. Et, si mortiferum quid bibent. Resp.
Non eis nocebit. Verf. Domine exaudi orationem meam, Resp. Et
clamor meus ad te veniat. Verf. Dominus vobiscum. Resp. Et cum
spiritu tuo.

angelisæ.

Resp. Qui fecit
sp. Et cum Spi
annem. Resp.

O R E M U S.

DEUS & Pater Domini nostri JESU Christi, cujus imperio cœ-
li firmati sunt: cui omnis creatura deservit, & omnis potestas
subjecta est, & metuit, & expavescit: nos te in auxilium nostrum
invocamus, cujus audito nomine serpens conquiescit: draco fugit:
vipera silet: & subdola illa quæ dicitur rana inquieta torpescit:
scorpio extinguitur: regulus vincitur: squalangus nihil noxium
operatur: & omnia venenata, & adhuc fortiora animalia no-
xia terrentur. Tu Domine extingue omnes diabolicas fraudes,
& omnes humano generi adversantes nequitias: & hunc liquorem
vini per intercessionem Sancti Joannis Evangelistæ tuâ virtute be-
nedicito; & omnes ex eo gustantes, meritis & precibus sanctissi-
mæ DEI Genitricis Mariæ, & omnium Sanctorum tuorum interve-
nientibus ab omni malo custodias: & ad regnum gloriæ tuæ perdu-
cas. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

O R E.

O R E M U S.

DEus, qui mirabili potentiâ vinum producis ex vite, ut inde exhilaretur c. hominis: qui mirabili potentiâ in Cana Galilee ad potandum Nuptiali Populo aquam converisti in vinum, quique mirabilissimâ potentiâ per manus Sacerdotum elementum vini quotidie in sacratissimum tuum transformas Sanguinem. **DEUS**, cujus potestate Joannes Evangelista venenosus potus digessit toxicum, benefdicere dignare hanc creaturam vini, ut omnes ex eo gustantes, expulso toto genere nocivo, in fuso tuæ benefdictionis mysterio, in anima & corpore mereantur misericorditer exhilarari. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c.

O R E M U S.

BEati Joannis Evangelistæ quæsumus Domine supplicatione placatus: & veniam nobis tribue, & remedia æterna concede. Per Dominum nostrum. Et benedictio Dei Patris omnipotentis: & Filii: & Spiritus Sancti, descendat super hunc liquorem vini, & maneat semper, Amen.

§. 9.

*Benedictio avena in festo S. Stephani.**Ex Benedictional. Veteri S. Metropol. Eccles. Prag.*

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit cœlum & terram.

*Hinc dicatur**Psal. 66.*

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum. Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes. Latentur & exultent gentes, quoniam judicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum. Benedicat nos Deus, **DEVS** noster, benedicat nos **DEVS**: & metuant eum omnes fines terræ. Gloria Patri, &c. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Bene

Benefd
mandat
quicunqu
percipiant.

Domi
virtu
mul
hoc genus
ut quæ. un
fortitudin
menta salu
diam tuan
animal be
Stephani,
ptâ, debita
nuz nost
& Spiritu
Tunc th

Be

Vers.
cœlum
tuo.

Suscip
in hor
majestati
justi; &
rentibus

EXorc
omn
per Spirit
dulus, &
neri con
te in suis

Beneſ dic Domine creaturam iſtam avenæ: ut ſit remedium hu-
mano generi: & præſta per invocationem ſancti nominis tui, ut
quicumque ex ea ſumpſerint, corporis ſanitatem & fortitudinem
percipiant. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

O R E M U S.

Domine Deus omnipotens, qui diverſa ſeminum genera tuâ
virtute condidiſti, & ea producendo de terra, ad uſus hominû
multiplicare non deſiſti: tuam clementiam imploramus, ut
hoc genus avenæ dexterâ tuâ ſanctâ digneris beneſ dicere, & præſta:
ut quæ unque animalia vel pecora ex eis guſtave int, ſanitatis &
fortitudinis augmenta percipere valeant. Tu enim homines & ju-
menta ſalvabi. Domine, quemadmodum multiplicavi miſericor-
diam tuam Deus. Aperi ergo manum tuam Domine, & imple omne
animal benedictione: ut per merita beatiſſimi Protomartyris tui
Stephani, tuorum fidelium animalia ſanitate & fortitudine perce-
pta, debitam eis ſervitutem valeant exhibere. Per Chriſtum Domi-
num noſtrum. Et benediſtio DEI Patris omnipotentis, & Filii,
& Spiritûs Sancti, &c.

Tunc thurificetur & aſpergatur avena.

§. 10.

*Benedictio auri, myrrhæ, & thuris, in feſto
Epiph. Dom.*

Ex Apend. Rit. Prag.

Verſ. Adjutorium noſtrum in nomine Domini. Reſp. Qui fecit
cælum & terram. verſ. Dominus vobiscum. reſp. Et cum ſpiritu
tuo.

O R E M U S.

Suſcipe ſancte Pater à me indigno famulo tuo hæc munera, quæ
in honore nominis tui ſancti, & in titulum omnipotentiae tuæ
majeſtatis, humiliter tibi offero; ſicut ſuſcepisti ſacrificium Abel
juſti; & ſicut eadem munera, à tribus Magis tibi quondam offe-
rentibus ſuſcepisti.

Exorcizo te creatura Auri, Myrrhæ, & Thuris, per Patrem ꝑ
omnipotentem, per Jeſum Chriſtum ꝑ Filium ejus unigenitum,
per Spiritum ꝑ Sanctum paraclyum; ut à te diſcedat omnis fraus,
dolus, & nequitia diaboli; & ſis remedium ſalvare humano
generi contra inſidias inimici: ut quicumque divino freti auxilio
te in ſuis loculis, domibus, aut circa ſe habuerint, per virtutem.

& merita Domini, & Salvatoris nostri, ac intercessionem ejus sanctissimæ Genitricis & Virginis Mariæ, ac eorum qui homine similibus muneribus Christum Dominum venerati sunt, omniumque Sanctorum, ab omnibus periculis animæ, & corporis liberentur, & bonis omnibus perfrui mereantur. Resp. Amen.

DEus invisibilis, & interminabilis pietatem tuam per sanctum & tremendum Filii tui nomen, suppliciter deprecamur: ut in hanc creaturam Auri, Thuris, & Myrrhæ benedictionem ac operationem tuæ virtutis infundas; ut qui ea penes se habuerint, ab omni ægritudine, & læsionis incursum tuti sint, & omnes morbos corpori, & animæ effugiant: nullum dominetur eis periculum, & læti, ac incolumes tibi in Ecclesia tua deserviant. Qui in Trinitate perfecta vivis & regnas **DEVS** per omnia sæcula sæculorum. Resp. Amen.

Posteà aspergantur aquâ benedictâ.

Et benedictio Dei omnipotentis, Patris, † & Filii, † & Spiritus Sancti descendat super hanc creaturam Auri, Thuris, & Myrrhæ, & maneat semper. Resp. Amen.

§. II.

Benedictio candelarum extra diem Purificationis

B. Mariæ Virginis.

Ex Rituali Romano.

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit cœlum & terram. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Domine Jesu Christe Fili Dei vivi, benedicte candelas istas, supplicationibus nostris: infunde eis Domine per virtutem sanctæ Crucis † benedictionem cœlestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talemque benedictionem signaculo sanctæ Crucis † accipiant, ut qui buscunque locis accensæ, sive positæ fuerint, discedant principes tenebrarum, & contremiscant, & fugiant pavidum cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis: nec præsumant amplius inquietare, aut molestare servientes tibi omnipotenti DEO. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Resp. Amen.

Postmodum aspergantur aquâ benedictâ.

§ 12.

*Benedictio communis super fruges & vineas.**Ex eodem.*

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit
cælum & terram. Vers. Domine exaudi orationem meam.
Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp.
Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

O Ramus pietatem tuam omnipotens Deus, ut has primitias cre-
aturæ tuæ, quas aëris & pluviae temperamento nutrire digna-
tus es, benedictionis tuæ imbre perfundas: & fructus terræ tuæ us-
que ad maturitatem perducas. Tribuas quoq; populo tuo de tuis
muneribus tibi semper gratias agere, ut à fertilitate terræ esurientiū
animas bonis affluentibus repleas; & egenus & pauper laudent no-
men gloriæ tuæ. Per Christum Dominum nostrum, Resp. Amen.

Aspergat illas aquâ benedictâ.

§ 13.

*Benedictio novorum fructuum.**Ex eodem.*

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit
cælum & terram. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum
spiritu tuo.

O R E M U S.

Benedict Domine hos novos fructus N. & præsta, ut qui ex eis in
tuo sancto nomine vescantur, corporis, & animæ salute potian-
tur. Per Christum Dominum nostrum, Resp. Amen.

Et aspergat aquâ benedictâ.

§ 14.

*Benedictio florum, & herbarum in festo Assum-
ptionis B. V. Mariæ.**Ex Benedict. Veteri S. Metropolit. Eccl. Prag.*

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit
cælum & terram. Vers. Domine exaudi orationem meam.
Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp.
Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

Domine Deus, Pater omnipotens qui in initio fecisti hominem
ad imaginem tuam, & condidisti lumen & cælum & terram,

& omnia cœlestia & terrestria : tu Domine dominaris potestatis maris, tu habes potestatem abyssi magnæ, tu condidisti omnia elementa: tu benedixisti, & sanctificare digneris has creaturas herbarum, sicut benedixisti quinque panes in deserto & duos pisces, & satiasti quinque millia hominum; omnesque qui utuntur eis, benedixisti & sanctificare digneris, ut sit eis sanitas animæ & corporis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Et ab hominibus pecoribusque ex eis gustantibus, omnem putredinem, omnem phantasmam dæmonum, omnem morbum, & omnem pestilentiam, & omnem dolorem expellere digneris. Qui in Trinitate perfecta visis & regnas DEVS, per omnia sæcula sæculorum. Resp. Amen.

Tunc ihurificentur flores, & aspergantur aquâ benedictâ.

S. IS.

*Benedictio seminum ac segetum, in festo
Natiuitatis B. V. Mariæ.*

Ex eodem.

Vers. Ad iutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit cœlum & terram. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

TE Domine sancte Pater, omnipotens sempiternus Deus petimus ac rogamus: ut hos fructus segetum tuis serenis oculis, hilarique vultu aspicere digneris. Et sicut testatus es Moyse famulo tuo in terra Ægypti dicens: Dic filiis Israël, cum ingressi fuerint terram promissionis, quam eis dabo: ut primitias fructuum suorum offerant Sacerdotibus; & erunt benedicti. Sic & nos rogamus te Domine: ut per auxilium misericordiæ tuæ, emittas super hunc fructum segetum dexteræ tuæ benedictionem, quos ad exhibendum proferre digneris: ut non subruat grando, nec turbo subvertat, ne vis tempestatis detruncet, nec aëris inundatio exterminet: sed semper incolumis permaneat, propter usum animarum & corporum; & ad bene abundantem, & plenissimam maturitatem perducere digneris. Qui in Trinitate perfecta visis & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. Resp. Amen.

O R E M U S.

Omnipotens sempiternus Deus cœlestis verbi seminator & cultor, qui nostri cordis aream spiritualibus raris exerces: ad-
esto

esto propi
fuerint in
innem v
hic fructu
mento pe
Tunc ih

Benedi

Vers.
cœl
ritu tuo.

Mn
es
oculis cœ
mirandu
ginem (s
ni Dom
tris Dom
tyris, ve
nedicere
ram illa
gloriosu
ginem) (s
obtentu
futuro. l
Ultimò

Benedi

Vers.
cœl
Resp. Et c
Et cum sp

esto propitius precibus nostris, & super agros, quibus hæc semina fuerint insita, tuam largam benedictionem infunde, ac ab eis omnem vim procellarum gratiâ tuâ defensionis averte: ut omnis hic fructus, & tua benedictione repleatur, & ad horrea sine impedimento perveniat. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Tunc thrufificentur semina, & aspergantur aquâ benedictâ.

§. 16.

Benedictio Imaginum IESU Christi Domini nostri, B. V. Mariae, & aliorum Sanctorum.

Ex Rituali Romano.

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. Resp. Qui fecit cælum & terram. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui Sanctorum tuorum imagines, sive effigies sculpi, aut pingi non reprobas, ut quoties illas oculis corporeis intuemur, toties eorum actus, & sanctitatem ad imitandum memoriæ oculis meditemur: hæc, quæsumus, imaginem (sive sculpturam) in honorem, & memoriam unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi (vel Beatissimæ Virginis Mariæ Matris Domini nostri Jesu Christi, vel Beati N. Apostoli tui, vel Martyris, vel Confessoris, aut Pontificis, aut Virginis) adaptatam, benedicere & sanctificare & digneris: & præsta, ut quicumque coram illa unigenitum Filium tuum (vel Beatissimam Virginem, vel gloriosum Apostolum, sive Martyrem, sive Confessorem, aut Virginem) suppliciter colere, & honorare studuerit; illius meritis & obrentu à te gratiam in præsentem, & æternam gloriam obtineat in futuro. Per eundem Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Ultimò aspergitur aqua benedicta.

§. 17.

Benedictio nova Crucis (ab Episcopis, vel aliis potestatem habentibus facienda.)

Ex Rituali Romano.

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini, Resp. Qui fecit cælum & terram. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

ORE-

O R E M U S.

Rogamus te Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, ut digneris benedicere † hoc signum Crucis : ut sit remedium salutatis generi humano, sit soliditas Fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum; sit solamen & protectio, ac tutela contra sæva jacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

O R E M U S.

Benedic † Domine hanc creaturam tuam; per quam eripuit mundum à dæmonum potestate, & iuperasti † sione tua iuggestorem peccati, qui gaudebat in p. a. icatione. uni homini per ligni vetiti sumptionem.

Hic aspergat aqua benedicta.

Sanctificetur hoc signum Crucis in nomine Patris, † & Filii, † & Spiritûs Sancti, † ut orantes, inclinantesque se propter Dominum ante istam Crucem, invenient corporis & animæ sanitatem. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Postea Sacerdos genuflexus ante Crucem devotè adorat, & osculatur: & idem faciunt, quicunque voluerint.

A. M. D. G.



dict. Ec.

æterne Deus,
et sit remedium
omnis bonorum o-
peratio, ac tutela
Dominum no-

quam eripuisti
in passione tua iuge-
ntissimi hominis

† & Filii, † &
inter Dominum
nitatem. ^{de}

erat, & oscula-



Biblioteka Jagiellońska



stdr0029611

THEOLOGIA
TRIPARTITA
R. P. Rich. Archid. kin.

I. 20